Ex Teratio tamen pupillares substitutiones n. solum propter pupillorum utilitate, sed stricto, summoque Iure receptas, et introductas fuisse existimant Lex. Bar. b. in d. l. 2. h. tit. n. 6. cum 2. seqq. Philippus Masinus in d. l. 9. C. de Impuber. et alijs substit. n. 59. Oxoz. 2. de apicib. cap. 1. n. 5. et alij plures, quos refert, et sequitur Castillo d. lib. 2. controver. cap. 14. n. 1. moventur ex eo, q. inter patrem, et filium fam. identitatis fictio fictio: q. stricto etiam Iure inspecto pater pro filio testari poterit, et perinde habebitur testamentum, ac si a filio fuisset ordinatum. Rursum lex 12. tabul. Patri fam. de pecunia, tutelaeve sua rei testari permittit. d. l. 120. de Verb. Sign. Sed filius cum in patrem sacri existit, rei Patris, et in ejus bonis esse iudicatur, adeo ut ex Quintio Iure ponit a Patre vindicari. l. 1. S. Per hanc. 2. de Rei Vindic. q. Pater, qui poterit de filij ipsius persona disponere, majori ratione poterit summo etiam Iure de pupilli bonis per pupillares substitutiones disponere. Ulterius lege 12. tabul. parentibus permittitur e. liberis impuberibus, quos in potestate habent, testam. tutore dare. d. l. 120. de Verb. Sign. l. 1. in pi. de testam. tut. seu tutelae Iure patris potestati mandare, ut eleganter agebat Papin. in l. Impuberi. 10. de admin. tutor. juncto pro eju expore. Ant. Fabi. in Papin. tit. 13. de Tutela. p. 1. circa finem: q. Pater, qui de filij tutela, tanquam de re sua disponere poterit, ex eadez l. 12. tabul. pupillariter filio poterit substituere, et de eju facultatibus testari. In eadem etiam sententia inclinare Papin. Videtur in d. l. Centurio. 15. h. tit. dum avertit, q. si miles impuberi filio, si intra 25. annu sine liberis decenerit, directo aliquoz substituerit, siquid filius ante pubertate decenerit, omnia eju bona communi Iure ad substitutum perveniunt, q. dependena illa substitutio filio ante pubertate mortuo ut pupillari substituit: q. sentit pupillares substitutiones n. sola utilitati Ratione, sed communi, seu stricto, summoque Iure substitui. Denique et Papin. dicitur e. utilitati Ratione, sed communi, seu stricto, summoque Iure substitui. Denique et Papin. dicitur e. ex Iure patris potestati proficiat, sed a quocunque parente, et filio etiam emancipato potest fieri, humanitati Ratione receptam, et introductam scribit, n. obicue indicans pupillarem substitutiones, ut poro qua ex Teratio patris potestate denderat, ex stricto, summoque Iure descendere =

N. 8.

Verum huc in priori ss. permittimus, cui haec fundamenta n. obicant. Quod etenim inter Patrem, et filium fam. fictio identitatis Veritatis, n. evincit, stricto etiam Iure pro filio testari Patrem posse, q. fictio illa, ut poro Iure civili inducitur ad ea, qua sunt facti, pertinere n. poterit ex Vulg. Reg. 201. in l. In bello. 12. S. facti. 2. de Captiv. ac proinde nec effecere, ut Parenti iudicium dixerim sum a filij iudicio n. ut. d. l. 16. d. l. 16. de V. O. et cum testamentum debeat ex propria Voluntate ss. n. ex alieno arbitrio pendere, adhuc stante identitatis fictione n. stricto, summoque Iure, sed



propter pupillorum utilitatem pupillaris substitutio fuit recepta. Nec q. filiūfam. res parū, et in ejus bonis esse quodam modo iudicetur, et ab ipso ponit ex Iure Quiritio vindicari, probat stricto etiam Iure Pariter de pupilli bonis posse per pupillares substitutiones disponere; nam patris potestati, et identitatis personarum fictio olim quidem efficiebat, ut fore quidquid filiūfam. acquireret, parenti acquireretur, et libera ei speraret acquisitio. l. Placet. ff. de acquir. hered. §. 1. In it. Per quas person. nob. acquirita; pupillari tamen substitutiendi facultate inducere n. poterat, cum pupillari substitutioni vis, et efficacia in id tempus conferatur, quo filius morte Patris sui Iuris effectus, perquam paternam hereditatem, vel alia forsan bona sibi acquireret, ante pubertatem decederet, et ea ratione hanc substitutionem, quamvis inspecto Ordinationis tempore, impuberum aliquando dicitur, ut in Rubric. C. de Impuber. et alijs substit. Exitu tamen aetate, et tempore, in q. conferatur, habita ratione, pupillari frequenter appellatur, q. pupillus n. proprie dicitur, qui ante pubertatem morte Patris sui Iuris effectus e. l. Pupillus. 239. de Verb. Signif. ut notant Omuald. 6. Comment. cap. 25. l. 1. C. et D. et Pater licet de bonis sibi per filiūfam. acquirere libere disponere possideret, de his tamen, quae ipse filius sui Iuris effectus sibi esset acquiriturus stricto Iure disponendi facultate obtinere non poterat =

N. 9.

Nec tunc Exemplum testamentariae tutela respiciatur, q. tamen si ex bona fide censendum e, fortissimum Italicam opinionem e. fulcrum, et a noxia ss. Auctoribus alio silentio praetermissum, Cui ut respondeam, et genuinam simul, nec inventam hactenus, imo nec quaritaz illius dicimus ex propria observatione rationem assignem, cui scilicet cum testamentaria tutela ex communi Iure legi 12. tabular. descendat, pupillari tamen substitutioni origo n. ex eadem lege, sed ex Iuris Civium ss. qua in mores postea populi Romani pertransiit, tandem recepta, introducitur. Dicendum existimo, q. testamentaria tutela, licet ex ipsa lege 12. tabul. descendat, n. tamen stricti Iuris ratione substituitur, sed propter pupillorum utilitatem fuit introducta, in id scilicet tempus defixa, quo filius morte Patris sui Iuris effectus; stricti autem Iuris ratio n. patitur, ut pater in id tempus, quo filius sui Iuris futurus e, de eius persona disponat, pupillorum autem utilitas extorrit, ut quamvis patris potestas morte extinguatur, patri tamen liceat impuberi filio testam. tutorem dare, cuius consilio filius regatur, donec ad pubertatem perveniat, idque nominatim ipsa lege 12. tabul. permittitur e, qua tutorem potestatem veluti quendam patris potestatis imaginem esse animadvertens, et de parentum erga liberos affectione, et maximo iudicio iure confidens, eis tutorem substitutiendi facultate indulget. Nec sane implicat, quod tutela testamentaria ex lege 12. tabul. oritur, et q. dea stricti Iuris ratione propter pupillorum utilitatem fuerit introducta; nam et videmus testamenti faciendi potestatem ex eadem lege derivari; et tamen dea stricti Iuris regulas in facti solariuz receptaz, permittazque fuisse in veteri ss. quam tenet Anton. Faber in Papin. tit. 2. p. 1. illat. 4. Sed dicit: Si testamentaria tutela dea stricti Iuris ratione fuit propter pupillorum utilitatem a lege Decemvirali permittita, cur pupillari substitutio propter eandem utilitatis rationem introducta ab eadem lege n. fuit? Resp. duplici forsan ratione moveri legem potuim, ut tutorem dandi, n. etiam pupillari substitutiendi parentibus potestatem tribueret. 1. q. pupillus tutore omnino indiget, cuius tutela regatur, n. pupillari substituto, quem habere honorificum quidem e, n. necessarium. 2. q. ex eo q. lex de paternae providentia confidens parentibus testam. tutorem dare permittit, nulli prejudicium irrogabat, imo proximioris pupilli agnati a tutela incommodo eximebat, at ex dea ratione ex eo q. parentibus pupillari substitutiendi permittit, proximioribus pupilli agnati successionis legitimam facturam inferebat. Minus, ut Vigentiori necessitati sine cuiusquam dispendio provideret, tutores dandi, n. etiam pupillari substitutiendi parentibus potestatem permittit. Postea vero ex Iuris consultorum ss. et Populi Romani moribus, ut non modo necessitati, sed et pupillorum utilitati, pleniorque honori provideretur, fallibili, et incerta agnatorum successionis ratione perhabita, pupillari substitutio ad iustae testamentariae tutela fuit recepta =



11. 40

Optime, pupillares substituentur omnia pupilli bona Imuni Iure capere, et tamen pupillares substitutiones adve-  
 sui Ius strictum propter solam utilitatis rationem fuisse receptas; inductum etenim semel, et receptum,  
 quamvis Iura stricti Iuris rationem pupillari substitutionis Ius commune recte appellatur, quatenus  
 parentibus omnibus impuberi liberis in potestate habentibus spectat. Accedit, quod commune Ius, quo  
 substitutum Universalia bona capere, si pupillus intra pubertatem deceverit, Papin. scribit, militari pri-  
 vilegio opponit, ex quo, si filius pubes jam factus deceverit, ad paterna dumtaxat bona admitti sub-  
 tituentur affirmat; profecto autem pupillari substitutioni Ius, quamvis sola utilitatis ratione recep-  
 tum, siquidem cum militari privilegio puberi etiam filio, aut extraneo directo substituendi con-  
 feratur, commune quam optime dicitur; sicuti et paganorum testamentum, licet Iura stricti Iuris  
 Regula ex legis permissione proflexerit, quoties testam. militari Iure confecto opponitur, Iure  
 Communi dicitur ordinatum in l. Militari. 36. §. Veteranus. 3. cum seq. de Testam. milit. imo et cum  
 militari testam. n. deferatur, commune Iure confectum appellatur in §. Vlt. Inst. de milit. testam.  
 eodem scilicet sensu, quo pupillari substitutioni Ius, et si cum militari substituit. n. confere-  
 tur, commune appellari posse jam diximus = Denique nec nra ss. Iustin. opponit in d. l. 9.  
 C. de Impuber. et alij substit. ubi dum exemplarem, seu quam pupillares substitutiones huma-  
 nitatis ratione receptas, et introducitur scribit, n. ideo sentit pupillares ex Testam. substitutio-  
 nem ex stricto, summoque Iure descendere, imo ex hac Iustinianam ss. inferri nec improbabilem  
 forean posse, q. cum Exemplari substitutio ex humanitate fuerit recepta, pupillari similiber  
 substitutio, ad cuius exemplum fuit exemplari inducta, humanitati etiam, seu Utilitatis ratione  
 substituitur. Vel dici etiam poterit, q. cum humanitati ratio in Exemplari longe magis, quam in pu-  
 pillari substitutione in eo eluceat, et dignificatur, q. Exemplari patris potestati Iure in super habito  
 a quocunque parente, et emancipato etiam filio fieri poterit, ad pupillari dicitur, cuius Unica in-  
 ducenda ratio, pupillorum videlicet utilitas patris potestati Iure, et personarum identitatis fictione  
 velatur, et coheretur, potiore ratione ex humanitate inducta Exemplari, quam pupillari dicitur  
 substitutio, quamvis utraque contra strictam Iuris rationem fuerit propter utilitatem recepta =

Num. 11.

Pupillari substitutioni origine jam exposita, de

Ejus natura succedit disputatio, circa quam illud n. immerito quaeritur, Verum scilicet pupillari  
 hae substitutio vera, et propria sit substitutioni speciei? Et nonnulli veram, propriamque substitutio-  
 nis speciem n. esse arbitrantur, tum q. substitutio omnium 2a institutio, vel 2a heredi debet esse institutio;  
 sed pupillari substitutio 2a institutio, aut 2a heredi institutio n. e. q. nec propria e. substitutio-  
 nis speciei. Min. prob. Pupillari substitutio pupilli testamentum e, et pupillari substituentur pupillo  
 ipsi primus, et immediatus heres existit, et q. ad paternam etiam hereditatem aliquando admittatur,  
 ex eo provenit, q. paterna hereditas pupilli hereditati juncta esse coepit. d. l. 10. §. filio. 2. h. tit. §. nec  
 2a institutio, nec 2a heredi e. institutio, ac proinde nec vera substitutionis speciei; tum etiam q. pupilli  
 etiam exheredati parentis pupillariter possunt substituere. l. 4. §. Substituere. 2. h. tit. §. n. solum. 4. Inst.  
 tit. de Pupill. cum similit. Sed exheredato pupillo substituentur primus, non 2a heredi omni sensu e, nec in-  
 altissimi locum subrogari dici potest: pupillari igitur substitutio vera, et propria substitutioni spe-  
 cies n. e. Veriores tamen existimo <sup>am</sup> asserentium, pupillarem substitutionem veram, et propriam esse  
 substitutionis speciem, quam ut fundem, et breviter simul Testam. opinionem fundamentum satisfaciunt,  
 Constituo, q. pupillari substitutio, sive institutio, sive exheredato filio facta 2a institutio e, seu 2a  
 gradu, prout vocatur in l. Cum quidam. 4. C. de Neces. serv. hered. inst. arg. l. 2. Quo gradu. 13. h. tit. n. 1.  
 et pupillari substituentur 2a heredi appellatur in singulari totum in l. Siquis a filio. 32. de leg. 1. q. licet  
 dua, et diversa sint hereditates patris, et filij; pupillare tamen, et paternum testamentum, quatenus  
 ex unico iudicio patris Insunt, ex quo formam capiunt, et originem, pro uno testam. habentur,  
 et pupillari substitutio pari quadam, et sequela paterni testamenti esse dicitur. l. 2. §. Illud. 2. de  
 hered. vel acc. vend. l. 2. §. Prius. 4. l. Patris. 20. l. Qui plures. 38. §. Vlt. h. tit. ex unico autem hoc testam.  
 prius Patris hereditatem n. solum deferri, sed etiam adiri oportet, quam pupilli hereditas deferatur.  
 d. l. 2. §. 1. h. tit. et sic evidenter Testam. institutionem heredi, et delationem paternam hereditati priorem



esse debere in institutione heredi pupilli, et delatione hereditatis ejusdem, et frequenter inspecto succenti-  
 onis, et delationis ordine ex eodem testam. quamvis circa diversa hereditates, substitutiones pupillarem  
 sive instituto, sive ex hereditate pupillo factam esse institutiones. arg. rōi. in d. l. 2. §. Sed et ita scripserit. b.  
 in fine. h. tit. cum semper paterni heredi precedat institutio, in cuius locum quodam modo pupillari sub-  
 titutus substituitur, ut in unuare Modestini videatur in d. l. 5. §. h. tit. quia cum in p. rōi. dicitur, heredes  
 institutos esse, qui 1. gradu scribuntur, substitutos autem, qui 2. et in §. 2. avertunt, tam ex hereditate quam  
 instituti pupillis posse pupillariter substitui, ut objectioni, quae ex eo ponit de rōi, q. pupillari substitu-  
 tio 2. n. videatur esse institutio, tacite responderet, adjectis in d. §. 5. §. Pupillariter substituta  
 Patrem n. aliter posse, quam si heredes sibi instituerit, hoc ipso indicare volens, q. cum paterni heredi  
 institutio, et paternae hereditatis delatio precedere semper debeant, pupillari substitutio  
 institutio 2. institutio ē, et sic vera et propria substitutionis species. docent Peri. Barbosa ad  
 Rubric. n. tit. n. 22. cum 2. seq. Schiffridg. lib. 2. ad Anton. Fabri. tract. 6. qu. 2. et Richard. in lec-  
 tur. ad n. xum tit. cap. 2. n. 25. cum 2. seq.

N. 12.

Sed ut plenius pupillari substitutionis natura digno-  
 catur, ejus prius species, et formulae exponere duxi. Et quidem duae sunt pupillari substitutionis species,  
 alia scilicet expressa, alia vero tacita. Pupillari expressa substitutio dicitur, quae ex expresso patris ju-  
 dicio proficitur, et vel nominatim, et specialiter, vel generaliter concipitur. Nominatim, et specialiter  
 Decreta dicitur substitutio, quotiens pater adjecto nomine, aut signo aliquo indubitabili appo-  
 sito certam pupillari substitutionem personarum designat, cuius specialiter concepta substitutionis per plu-  
 res formulae apud Iuris auctores inveniuntur. P. haec est: Si filius heres erit, et intra pubertatem  
deceperit, Titius eidem filio heres esto. d. §. non solum. 4. In re de Pupill. 2. Si filius erit, et intra  
pubertatem deceperit, Titius heres erit. pro Insti. Veri. Voluti. eod. tit. 3. Titius impuberi filio heres  
erit. arg. rōi. in l. 3. et in l. Qui liberis. 8. §. h. tit. 4. Si filius intra pupillarem aetatem deceperit, Ti-  
tius heres erit. l. 2. §. Sed et si quis. 5. d. l. 8. in p. Veri. Pute. l. Si ita quis. 21. l. qui plures. 38. §. 1. et 2.  
 l. Cum ex filio. 39. §. 1. l. Ex facto. 43. §. 1. l. qui habebat. 47. h. tit. l. Paterfam. 28. de Reb. auctoris. Iud.  
 possid. In his sane omnibus formulis, et similibus, quae effingere facillimum erit, pupillari expressa  
 substitutio dicitur, cum in eis patris n. sibi, sed impuberi filio heredes substituat. Ceterum  
 si sic testator dixerit; Si filius heres erit, et intra pubertatem deceperit, Titius mihi heres esto,  
 ut apud Modestinum in l. 5. h. tit. Cicero lib. 2. de Inventione, et Justinianus in l. Cum quidam.  
 12. C. de Impuber. et alijs substit. dicendum videbatur inuoluntate Decretam pupillarem substitutionem, cuius  
 pater n. filio, sed sibi heredes substituerit, q. repugnat omnino pupillari substitutionis naturae.  
 Verum tamen ē. perinde sub praefata formula Decretam pupillarem substitutionem dicitur, ac si Verbi  
 illud mihi adjectus n. fuisset. l. Coheredi. 4. §. h. tit. l. Si ita scriptum. 8. §. 1. de Bonor. possen. secund  
 tab. Cuius rei elegantem illam rationem praestat Papin. in d. l. 4. §. 1. pater, qui praefata formula In-  
 pupillarem substitutionem heredes sibi esse iubet, in bonis sui pupillo heredes substituit, perinde ac si  
 ita dixerit, Si filius heres erit, et intra pubertatem deceperit, Titius in bonis meis erit heres esto,  
 ut probat elegans ad rem rōi. in l. 1. §. C. de hered. insti. ubi si i, qui Titius heres extiterat, testam.  
 ita scripserit, Sempronius Titius heres erit, perinde habetur, ac si in Titij bonis, seu hereditate  
 Sempronius sibi heredes instituerit; in superiori itaque formula ad paternam duntaxat heredi-  
 tatem pupillari substitutus vocatur, quae cum pupilli patrimonio semel confusa rei certa vicem  
 obtinet in ejus hereditate. arg. rōi. in l. Cogn. 16. §. Sed et similes. 6. Veri. Et quamvis placeat ad  
 Trebell.; sed pupillari substitutio facta ex re certa detracta rei certa mentione propter ulti-  
 mae voluntatis favorem ad universam hereditatem protrahitur ex Vulg. Reg. rōi. in l. 1. §. Sed si ex  
 fundo. 2. de hered. insti. l. Quoties. 13. C. eod. tit. §. et superiori formula Decreta substitutio, tanquam  
 ex paternis bonis, et sic ex certis rebus facta, paternorum bonorum, quarum certarum rerum, mentione de-  
 tracta debet ad universam pupilli hereditatem extendi, et licet, si scripturam ipsam, et Verborum  
 sententiam intueamur, cum Verbo facta esse videatur, in effectu tamen, q. bonorum parvi, quarum rei certa  
 mentio detraxerit, sine ullo proxi. Verbo facta iudicatur, ut loquitur Papin. in d. l. 4. §. 1. h. tit. quem



3 sic subtiliter acceperunt Cujac. lib. 6. Verponi. ejusd. in eo tom. Corra in cap. Si pater. de Testam. lib. 6. 3<sup>a</sup> parte. Verb. Pupillari. n. 2. Pichard. in lectura. ad num. titul. cap. 1. ex n. 22.

N. 13.

Muc tamen sic explicata Papiniani Ratio opponi videtur tōi. in l. Pater familias. 46. ff. hoc titul. ubi Pater, qui primis tab. filium posthumum hæredem instituit, in secundis sibi, vel filio, si intra pubertatem deceverit, Gajum Sejum fratrem suum substituit, deinde Titium Gajo Sejo (obseruandus obiter est, etiam pupillari substituto vulgariter posse substitui, ut ex hujus tōi serie colligitur, in qua Gajo Sejo pupillariter substituto Titius proponitur substitutus, qui quidem et vulgariter, et pupillariter simul substitutus est, cum in eum casum sit substitutus, quo pupillus intra pubertatem deceverit, nec ei Gajus Sejus hæres extiterit) et postea sic scripsit: Si Gajus Sejus frater meus v. loco substitutus hæres mihi erit, tunc Titio hæreditatem restituet, et cum filius Patris hæres extiterit, ejusque ante pubertatem mortui hæreditatem Gajus Sejus ex caa pupillari substitutioni acquirat, quærebat, an Titio hæreditatem restituisse cogendus esset. Dubitandi ratio in eo erat, q. ita relictoz fideicommissum fuerat, si Gajus Sejus testatoris hæres extiterit, qui tamen n. testatoris, sed pupillo intra pubertatem mortuo hæres extitit. Respondit tamen Paulus, Gajum Sejum, qui impuberi filio hæres extitit, tenere omnino fideicommissum restituisse, nec advenari Verba illa testatoris, Si hæres mihi erit, cum Verum sit, Gajum Sejum, qui pupillo hæres extitit, testatoris etiam hæredem extitisse, cum paternam hæreditatem cum pupilli hæditate junctam acquirat, et hæres hæredi testatoris etiam hæres esse dicatur. l. 3. de Test. hæred. l. Si quis. d. 5. ff. de acquir. hæred. d. l. v. C. de hæred. instit. Tunc sic, enubi dicitur illa fideicommissio apponitur, Si substitutus testatoris hæres extiterit, omnino adimpleta dicitur ex eo, q. substitutus impuberi succedens in ejus hæditate paternam simul hæreditatem invenit: q. et superiori formula Decepta pupillari substituto etiam bonorum Patris mentione non delecta debet substitui, cum Verum sit, pupillarem substitutum Patris etiam per mediam impuberi personam hæredem extitisse.

N. 14.

Cui difficultati, omni, que tradunt Incep. n. 12. laudari, ut respondeam, suppono in d. l. 46. Patrem filio posthumo vulgariter simul, et pupillariter expresse substituisse, ut dicitur tum ex eo q. initio refert Paulus, testatorem sibi, id est vulgariter vel filio, si intra pubertatem deceverit, id est pupillariter substituisse; tum ex eo, q. in inferiori textu parte annexæ defuncti fratrem in utrumque casum fuisse substitutum, acquirat scilicet, aut n. acquirat hæreditatem; Unde in ejus serie pupillari substituto dicitur, quin alicujus dictionis delectatione opus sit. Qua suppositione facta, multum increvisse existimo inter dictiones adjectas fideicommissio in d. l. 46. et inter formulam illam, qua Decepta pupillari refertur substitutio in d. l. 46. ff. h. tit. cum similib; Condicio etenim illa fideicommissio apponitur in d. l. 46. Si substitutus testatoris hæres extiterit, æque extitit, si substitutus Patris solum hæres extiterit, ac si impuberi, ex eo quod impuberi succedens, paternam simul hæreditatem acquirat, tum propter antiquam Iuris regulam, que habet, q. hæres hæredi etiam testatoris est hæres. d. l. v. C. de hæred. instit. tum etiam propter defuncti iudicium, qui cum fratre suo vulgari, et pupillari simul substituto Titio vulgariter etiam et pupillariter simul substituit, et in casum, quo frater suus ex vulgari substitutioni causa suam dumtaxat hæreditatem acquirat, eidem Titio fideicommissum reliquit, fortiori utique ratione voluisse credendus est, ut in eum casum, quo frater suus impuberi ex pupillari substitutione succedens utramque simul hæreditatem acquirat, eidem Titio fideicommissum præstatet, q. cum uno fideicommissi iuxta dpendij modum acquirat. l. Imperator. d. 5. ff. de leg. 2. cum similib. substitutus, qui in eum casum, quo paternam solum hæreditatem, et sic minus dpendij acquirat, fideicommissio oneratur, majori ratione in casum, quo utramque simul hæreditatem, paternam scilicet, et pupillarem, et sic majus dpendij acquirat, fideicommissio oneratur. ceterum dicitur, q. cum itaque revera dicitur extiterit, omnino fideicommissum debetur, quin dictionem illam mihi dictioni apponitam delectare opus sit; Ex dicitur autem formula illa, de qua in d. l. 46. ff. hoc tit. cum similib. pupillari Decepta substitutio substitutus n. alicui poterit, quæ dictione illa mihi, seu quidem



E. bonorum Patris mentione deacta, ne aliquando Pupillus sua Vulgare Jura Regulari partem testatur, et  
 partem intestatam decederet. Quae quidem doctrina in pupillari substitutione in iure filio facta sine du-  
 bio procedit. An autem ex hereditate filio superiori nulla formula facta substitutione Verbi sit? In tex-  
 Interrog. Troverius e. Negant Goffred. in d. l. 8. de Bonor. possen. sec. tab. circa fin. et Cora in cap. Si pater.  
 de Testam. lib. 6. d. 3. p. e. Verbo Pupillari. n. 3. affirmat, et Tectius cum aliji Richard. in d. 5. In iur. de  
 Pupill. ex n. 8. Quae ss. praeterquam propter generalitatem ultima Voluntarii favorez, et specialitatem pupillo-  
 rum utilitatez potest defendi, suadent etiam ex d. l. 8. §. 1. et confirmari à simili ex l. Haereditas. 34. de  
 haered. instit. l. 1. de Condit. instit. cum simili lib.

N. 15.

In exponendi huiusque formulae expressa, et specificè  
 Decreta pupillari substitutione, sive pupillari, sive pupillari ejus substitutione attendamus, cum  
 utriusque persona specialitèr demonstratur. Aliquando vero dicitur, ut licet pupillari substitutione  
 persona specialitèr, et certitudine omnimoda designetur, pupilli tamen persona n. ex presenti, sed  
 ex futuro aliquo eventu demonstratur. Quod ut intelligatur, sciendum, quod ei, qui impubes  
 plures liberos in potestate habet, liberum arbitrium e. Vel nulli, Vel omnibus, Vel quibusdam  
 pupillaritèr substituendi. l. Qui plures. 38. in pr. h. tit. et singuli liberi, qui pupillaritèr substi-  
 tuunt, id agunt, ut ex eis nullus intestatus decedat, imò singuli testamentariuz haeredez relin-  
 quant. l. Vel singuli. 37. h. tit. §. 5. Vel singuli. 6. In re. de Pupill.; Qui vero quibusdam duntaxat  
 substituunt, alios intestatos decedere vult. Possunt etiam, et frequentèr solent parentes novissimo  
 impuberi decedenti substituere, hac, Vel alia simili formula: Ex filij meis, ei, qui supremus  
ante pubertatez decederit, Titius haeres esto; Sic autem Decreta substitutione pupillari quidem e,  
 tanquam in secundum carum acquiritæ haereditatis facta, q. tamen ardua, valde solemnè, et com-  
 munissima Parentibus erat, vulgari appellatur in difficili aliquando totum in l. In vulgari. 162.  
 de Verbo Sign. ubi docent Cusac. et Gentili, et fere dixerunt Cora in cap. Si pater. de Testam. lib.  
 6. c. 2. p. e. Verbo ac deinde filio. n. 19. cum 2. seqq. et Peri. Barb. in l. h. tit. n. 38. Specialitèr etiam  
 Decreta dici poterit, si substitutione personaz inspiciamus, n. si pupillus intueamur, cujus persona non  
 ex presenti, sed ex futuro eventu designatur, cum ei solus, qui novissimus impuberi decede-  
 rit, Patens substitutione, qui hoc ipso Jure legitimaruz haereditaruz integroz inter fratres cus-  
 todiri voluit. d. l. 34. h. tit. d. §. 6. In re. de Pupill. Nam cum ceteri nec testamentuz pater fecerit,  
 nec ipse nisi in pupillari aetate dicitur potest facere, praemortentiu fratru haereditates ad  
 superstitèr ab intestato pervenire necesse e. Minus evidenter inferatur ex eo, q. patens novissimo im-  
 puberi decedenti pupillaritèr substituere, nullam inter fratres reciprocam substitutione factam  
 intelligi, n. pupillare, tum q. pupillari substitutione, cum directa sit institutio, directa, et expressa  
 Verba requirit, nec ex d. cetera voluntate potest induci. l. Haeredit. 21. Qui testam.  
 fac. poss. l. Iubemus. 29. C. de Testam. Tum q. si reciproca vulgari substitutione inter fratres indu-  
 cetur, integroz legitimaruz haereditaruz Jure inter eos custodiuntur dici n. potest, imò praemortentiu  
 haereditatis Jure substitutione, et sic ex testam. ad superstitèr pertinerent. l. Si pater. 25. h. tit.  
 Nec magis fideicommissaruz, q. licet sola d. cetera voluntate fideicommissaruz possit  
 substitutione inducere. l. Cum proponebatur. 69. de leg. 2. in presenti tamen Voluntarii deficit d. cetera  
 ra, cum patens integroz legitimaruz haereditaruz Jure inter fratres custodiuntur voluerit, Reciprocoz  
 autèz fideicommissuz, siquidèz inter eos inducerentur, legitimè utique successioni derogaret saltem  
 circa paternaz haereditatez, quae superstitibus fratribus ex causa fideicommissi, et sic ex Patris tes-  
 tam. foret restituenda ex leg. 1. in d. l. 4. §. 1. si haeredez. 3. h. tit. l. t. Cad Trebell. docet Anton.  
 Faber. 13. Conject. cap. 14. cum seq.

N. 16.

Verum huius doctrinae Refragari videtur vulgari, difficultè tamen  
 totum in l. Titia. Sejo. 87. §. 5. Sejo liberu. 2. de leg. 2. ubi cum duobus liberis certum funduz testam. in-  
 legasset, fidei eorum dimitte, ut qui ex eis ultimus decederet, eum fundum, cum moxeretur, Semp-  
 pro restituere, et ait Paulus, in eo fideicommissio testam. duos substitutione gradus fecisse videtur,  
 primum, ut qui prior ex liberis moxeretur, partem suam superstiti restitueret, alterum, ut novissimus  
 decederet



decedens totum fundum Sempronio restitueret. Punctis: Ex eo solim q. qui novissimo ex liberis de-  
 cedens, Sempronio fundum restituere iurum fuerat, dicit Paulus testatorem inter ipsos etiam li-  
 beros legatarios reciprocum voluisse fideicommissum inducere: q. ex eo etiam, q. novissimo impuberi de-  
 cedenti parens pupillariter substituitur, sufficiens voluntas dicitur deponitur ad hoc, ut recipro-  
 cum inter ipsos factus inducatur fideicommissum. Pro solutione tamen dicendum e in d. l. 87. §. 2. Nece-  
 ssaria Iuris ratio inter liberos ipsos legatarios reciprocum induci fideicommissum debuisse; cum eentz  
 novissimo decedens totum fundum restituere iurum esset, nec aliter ipse defunctus precibus posset integrum,  
 fidumque obsequium exhibere, quam si praemortentis collegatarij pari ad ipsum pertineret, quam  
 nec acquirere aliter posset, quam ex causa reciproci fideicommissi, ea fuisse testatorem voluntas dicitur.  
 novissimus, ut prior ex liberis decedens superstiti partem suam restituere; at ubi novissimo impuberi  
 decedenti pupillariter parens substituitur, ad eum dumtaxat hereditatem substituitur vocatur,  
 nec reciprocum inter fratres fideicommissum induci necesse est, ut novissimo decedenti heredi-  
 tatis ad substitutum perveniat. Quinimo et si ea parenti sic substituenti expressa voluntas fuerit,  
 ut novissimo impuberi succedens substitutus praemortentis simul liberorum hereditatem ac-  
 quirere, n. eo magis reciprocum inter fratres inducendum fideicommissum esset, q. cum inter ipsos  
 legitimorum hereditatem Ius reservatum credatur, in eum dumtaxat casum, quo praemortentium  
 fratrum hereditatem ad novissimum ab intestato pervenerint, succedens novissimo impuberi sub-  
 stitutus ad praemortentium fratrum hereditatem simul vocatus censendus e. Sic tom. in d. l. 87. §. 2. ex-  
 plicans Per. Barb. in d. l. 37. h. tit. n. 3. et 8. Cujus lib. 14. Veron. Paul. in d. l. 87. §. 2. Anton. Fab. d.  
 lib. 13. Conject. cap. 16 =

N. 47

Sed dicitur: in d. l. 87. §. 2. novissimus ex liberis decedens n. quidem integrum fun-  
 dum, sed partem dumtaxat suam restituere rogatus debet intelligi: q. vel in eum sicut reciprocum  
 n. debuit inter liberos ipsos legatarios fideicommissum induci, vel in terminis etiam pupillari sub-  
 stituti novissimo decedenti facta inter fratres debet induci. An probabitur: Quoties ex parte in-  
 tituti heres, vel collegatarius hereditatem, vel rem legatam restituere rogatur, partem dumtaxat  
 suam restituere rogatus censetur, ut ab arg. probantur tom. in l. Servi elect. §. 5. §. 1. et 2. l. Si fundum. §. 1.  
 §. Si liberis. §. 1. de leg. 1. l. Si Titius. §. 26. de leg. 3. l. Treia. §. 86. ad leg. Falca. licet alia indefinita heredi-  
 tatem appellatio aut fundi totam hereditatem, aut integrum fundum comprehendat: q. licet in d. l.  
 87. §. 2. novissimus ex liberis decedens fundum restituere iurum esset, n. ideo integrum fundum, sed  
 suam dumtaxat partem restituere rogatus debuit censeri. Nec difficultatem dissolvunt Per. Barb.  
 in d. l. 37. h. tit. n. 2. et Anton. Faber d. lib. 13. Conject. cap. 16. qui cum Antiquioribus n. nulli re-  
 pondent, ideo novissimum ex liberis decedentem totum fundum restituere rogatum censeri, q.  
 alioquin si testator voluisset, ut rogatus partem suam dumtaxat restituere, frustra novissi-  
 mum restituere fundum iurum: ut igitur verba aliquid operentur, intelligendum e. sub fundi  
 appellat. integrum fundum testatorem comprehendit; Haec etenim solutio ex eo manifeste dicitur,  
 q. et si novissimus decedens partem dumtaxat suam restituere rogatus censetur, n. ideo ab ul-  
 timo moriente frustra relicta fideicommissum dici potest; perinde enim dicitur, ac si sub alia  
 qualibet datione fuerit relicta; Unde novissimum decedentem partem dumtaxat suam nomi-  
 nari, nec frustra restituere rogatum invenimus in tota statim explicando in l. Si ejus qui.  
 §. 34. ad Trebell. Praefere itaque Accursij, Alexandri, Alciati, et aliorum solutionem, quam im-  
 merito impugnant Barb. ubi nuper n. 5. et Faber d. cap. 16. a recentibus testatorem in d. l. 87.  
 §. 2. liberis legatarijs fundi alienationem prohibuisse, ut dicitur ex tom. lib. 14. et ex prohibita fundi alie-  
 natione novissimum decedentem sub indefinita fundi appellatione totum fundum restituere rogatum  
 censeri subtiliter Paulum coniecisse; nam si partem dumtaxat suam restituere rogatum crediderit,  
 alienationis prohibitio circa praemortentis liberis partem nudum, et inefficax praecipuum dicitur:  
 ut igitur alienationis prohibitio efficax testatorem praecipuum circa utrumque liberis partem in fidei-  
 commissarij gratiam dicitur, novissimum decedentem totum fundum restituere rogatum intelligi iuxta



defunctæ voluntatē optimè Paulus respondit =

Maternus jam, q. si Patris novissimo impuberi decedenti pupillariter  
 substituent, Reciproca nulla inter fratres directa, aut precaria inducitur substitutio, sed legitimarum  
 hereditatum Ius inter eos integrum custoditur, ita ut promorientium hereditates ad superstitem ab inter-  
 tato pertineant, et ad novissimo decedenti hereditatem substitutum admittatur. Hinc illud subtilissime  
 quaeritur, an scilicet si pater, cum duos impuberes filios haberet, et qui supremus moreretur, aliquis  
 substituerit, et impuberes simul ruina, foras, incendio, vel naufragio decederint, substituto locus  
 sit? Dubitandi ratio ex sermonis proprietate denuntiat; Verba etenim Novissimus, proximus, supremus  
 ultimum significant facta disparatione ad precedenti, ut ex Juvenali satyra. 11. in p. et Quin-  
 tiano declamat. 19. in p. demonstrat D. Rer. d. Opusc. cap. 5. n. 2.; Vbi autem duos impuberes simul  
 eodem casu perierunt, cum explorari non possit, qui prior, posteriorve deciderit, utique simul decedere,  
 et neuter alteri supervivisse præsuntur. l. Duo socij. d. de hered. inst. et sic neuter primus, aut novi-  
 ssimus dici potest; q. novissimo decedenti substitutum ad neutrum hereditatem admittendum videtur. Qua-  
 deri hoc ipsum potest ex t. in d. l. 34. ad Trebell. ubi cum patre duos filios heredes institueret, ju-  
 ssinetque, ut qui ex eis novissimus decideret, suam hereditatem partem alicui restitueret, et fratres si-  
 mul a rem suam obijissent, respondet Marcellianus non alicui fideicommissarius ad partem hereditatis  
 admitti, quam si ostenderit, qui eorum novissimus decideret, hujusmodi ratio probatione deficiat  
 ad intestatam interpretat utriusque filij hereditatem matrem ex S. C. Tertull. admitti. Sed tamen con-  
 trarium est, q. si uterque filius impubes simul eodem casu deciderit, novissimo decedenti substitutum ad  
 utriusque hereditatem admittitur. Expressum est t. in l. Ex duobus. 34. in p. l. qui duo. 42. hoc tit. l.  
 Qui duo. 1. in p. de reb. dub. in quibus decedentis ejus rei rationem partim ex unitate loquendi modo.  
 partim ex voluntate testatoris eliciunt Consulti; Verba etenim illa Novissimus, proximus, su-  
 premus, quamvis in propria, et rigurosa significat sunt disparativa, non tamen Iuris sapienter ut positiva  
 accipiunt, et absque ullo proximo, aut proximioris concursu intelliguntur, et proximus is appella-  
 tur, quem nemo precedit, et si solus sit, et novissimus si dicitur, post quem non est alius, quamvis  
 ante eum nemo sit. l. 1. d. de Bonor. poss. sec. tab. l. 5. Proximus. 5. Unde Cognati. l. 2. d. Hæc ha-  
 reditas. 2. et d. Septima. 4. de Sui, et legit. hered. l. Proximus. 92. l. Proximi. 155. d. l. In vulgari. 162.  
 de V. S. Unde ubi impuberes duo filij simul decederunt, q. eorum neuter alter superstitis fuit, utiq.  
 ultimi sibi decedere videntur, ut eleganter loquitur Tryphonianus in d. l. 2. de reb. dub. id est, res-  
 pectu sui, quam dicat Numquamque impuberes, non quidem ad alium fratrum facta disparatione, sed  
 sui ipsius respectu ultimum decedere, ut subtiliter cum Ludovico Teneira explicat Cora in d. cap. Si  
 patet. 1. p. Verbo moreretur. n. 5. ac proinde cum novissimo uterque deciderit, ad utriusque heredi-  
 tatem substitutum admittitur, cui nec testatoris voluntas refragatur, qui cum inter filios integrum  
 legitimarum hereditatum Ius custodijnet, voluit utque, ut si ordine vita decedissent, primo secun-  
 dus ab intestato succederet, et in novissimo decedenti hereditate etiam prius mortui heredita-  
 tem substitutum inveniret. d. l. 42. h. tit. d. l. 2. de reb. dub. l. Patet. 14. ad leg. Falci. d. et sic voluisse  
 etiam creditur, ut si uterque simul impubes decideret, utriusque substitutum succedat. Nec tunc  
 obstat t. in d. l. 34. ad Trebell. ubi nullo unquam casu ad totam hereditatem, sed solus ad novissimo  
 decedenti partem fideicommissarius fuit vocatus: probare itaque tenetur, quoniam ex fratribus novissi-  
 mus deciderit, alioquin ex defectu certitudinis partem fideicommissum evanesceat, etiam si ex  
 æqui partibus fratres scripti heredes fuerint, q. licet tunc in ratione quantitatis cetera pari sit,  
 incerta tamen in ratione quotitatis est, et qualis sit, ignoratur. arg. t. in l. Meritum. 66. d.  
 Sed si par. 2. de leg. 2. tradunt Cujac. tract. 4. ad African. in d. l. 34. h. tit. et ad Pandect. in d. l. 2.  
 de reb. dub. Per. Barb. in d. l. 37. h. tit. n. 14. cum seq. et cum alijs D. Rer. d. lib. 7. Opusc. cap. 5.  
 Num. 5. cum. 5. seqq. =

Sed tunc ingens occurrit difficultas ex eo, q. pater, qui novissimo decedenti pu-  
 pillariter substituit, licet legitimarum hereditatum Ius Ius integrum inter liberos custodiret, non  
 ideo voluisse censetur, ut in novissimo decedenti hereditate etiam ante mortui hereditatem substit-



4.

tutus inveniat: q. si impuberes simul eodem casu decederint, ad neutrum hereditatem debet substitutus admitti. An impuberes ex eo Trincenres probata, q. etiam legitimarum hereditatum Iure integro reservato evenire facile poterit, ut in novissimo decedenti hereditate prius mortui hereditas inveniat, ponamus unum ex fratribus puberes jam factus prioris decedisse, et impuberem alterum novissimum decedisse, tunc sane ad novissimi decedenti hereditatem substitutus admittitur, ut probat ab arg. speculom, et singulari tibi ind. l. 4. §. Cum pater. d. h. tit. ubi cum pater duas impuberes filias habuisset, et ex quibus novissima diem suum obiit, tabulas secundas fecisset, et impuberi filia superstiti sorore jam pubere decedisset, irritam omnino pupillarem substitutionem factam Papin. respondit, in impuberi priori persona q. n. novissima decedisse, in alterius vero, q. puberem aetate implevit, hoc ipso significans, q. si ex Traxio pubes prior decedisset, et impuberi postea diem suum obiisset, ad novissimam decedenti hereditatem admittetur substitutus, ut agnoscunt ibi Cujac. lib. 6. responsi. Papin. et Anton. Faber d. lib. 13. Conject. cap. 14. et tamen si pubes jam factus, quem prioris decedisse proponimus, testamentum dedisset, et extraneum heredem instituerit, ejus hereditatem in novissimo decedenti hereditate substitutus invenire non potest, ut advertit Cujac. ubi super; Nec enim impubes puberem fratrem testam. praeteritus potest adhuc per inoffensionem quarellam testamentum impugnare. l. §. fratru. 27. C. de inoffic. testat. §. 1. In tit. eod. tit. ponamus etiam prioris fratrem impuberes adhuc decedisse, ejusque hereditatem superstitis impuberes fratres tutore auctoritate repudiare, et novissimus postea decedisse, hoc sane casu priori hereditatem in novissimo hereditate invenire substitutus non potest: q. etiam legitimarum hereditatum integro reservato Voluisse patres non credimus, ut in novissimo hereditate etiam priori hereditatem substitutus inveniat, ac per frequentem si impuberes simul eodem casu decederint, ad neutrum hereditatem debet substitutus admitti.

Respondetur forsan, superstitis impuberes defuncti fratris hereditatem repudiare non posse, q. quemadmodum si fratres invicem fuerint pupillariter substituti, sibi invicem necessarij heredes existunt. ex reg. tibi in l. 2. §. Prius. 4. Veri. Vique adeo. l. Sed si plures. 10. §. 1. h. tit. l. Sed et in illo. 18. de Reb. dub. sic et novissimo decedenti substitutione facta sibi invicem necessarij ab intestato heredes debent propter parentis iudicium existere; nam aliq. Nec integrum legitimarum hereditatum Iure inter eos custoditum dici potest, ut potest q. per repudiationem facile eveniret, nec evenire potest, q. eveniat Patres Voluit, ut per novissimi impuberis personam tota ipsius patris hereditas ad substitutum perveniret, ut post Paul. Castrensem in d. l. 42. h. tit. Alexandrum in l. Quomodo. 1. C. de Iur. delib. et Lanonez in l. Si infanti. 18. C. eod. tit. n. 1. l. tenet ut novam sibi hanc opinionem arrogans Anton. Fab. d. lib. 13. Conject. cap. 14. qui omnes in eam rem utuntur tibi in d. l. 9. Veri. dicit si ordine de Reb. dub. ubi novissimo decedenti facta substitutio cum duo impuberes in nave simul perissent, docet Cui, q. si ordine vita decedissent, prius mortuo frater ab intestato haeres esset, posteriori substitutus, in ea tamen hereditate etiam prius defuncti fratris haberet hereditatem. Tunc sic: si superstiti defuncto fratris necessarij haeres non existeret, ubi Verique in nave, licet ordine, et aliquo temporis intervallo decedisset, superstiti defuncti fratris hereditatem adire non poterit, nec magis eam non adire ad substitutum exanimiter ex vulg. Reg. tibi in d. l. 7. C. de Iur. delib. cum simil; Incredibile namque est in repudiatione subita casu in mentem pupillo, aut ejus tutori venire de adeunda, vel repudianda frater na hereditate deliberare, aut de alio, quam de salute, et vita cogitare: Cum q. superstiti prius defuncto fratris ab intestato haeres existere dicatur, evincit omnino, q. ipso Iure necessarij haeres existere, ac proinde q. novissimo decedenti facta substitutio superstiti prius defuncti fratris repudiare hereditatem non poterit. Hac tamen solutio praeterquam q. secundo dicitur casu in argum. expenso potest adaptari, falsissimo etiam nititur fundam. Nam et si fratres invicem substituti sibi invicem necessarij heredes existant ex dicti Iuribus, ut suo loco latius disputabimus, novissimo tamen facta substitutio ab intestato non necessarij substituti sunt heredes, quia non ex

N. 20.



dispositivo, sed solum ex permisso Parentis iudicio, seu potius legi potestate sibi invicem ab intestato  
 succedunt, eoque sensu integrum legitimarum hereditatum Ius inter eos Reservari Voluit Patet dictis,  
 quatenus scilicet n. adimit, prout adimitur singulis facta substitutione potuisset. arg. eod. in l. Confiscan-  
 tur. §. 5. de Ius. Codicill. l. 5. Sciendum. 6. de leg. 3. ut subtiliter dicitur Goffred. in d. l. 9. de Reb. dub. n. 5. cum  
 2. seq. et n. 19. Quinimo, ut ego existimo, n. ab inter integrum legitimarum hereditatum Ius inter fratres  
 Reservatum Verificaverit, quasi Voluntarij, n. necessarij invicem sine herede; Nam integrum legitima-  
 rum hereditatum Ius derivari hoc significat, perinde scilicet derivari, ac si nulli substitutus datus  
 fuisset; sed nulli facta substitutio fratri ab intestato sibi invicem Voluntarij, n. necessarij herede essent,  
 ut notum est: §. Novissimo etiam decedenti substitutio facta Voluntarij sibi invicem ab intestato non  
 herede, et ad eundem, Vel repudiandi liberam habent facultatem, alioquin si tunc sibi invicem necessa-  
 rij herede existerent, integrum inter eos legitimarum hereditatum Ius reservatum n. diceretur, q. non  
 perinde derivaretur, ac si nulli substitutus datus fuisset. Nec Fratrius probat eod. in d. l. 9. Veri. Diri  
si Ordine de Reb. dub. in quo n. de fratribus impuberibus in eodem subito casu simul decedentibus Cuius  
 loquuntur, sed de casu, quo Ordine decedunt, et eo temporis intervallo, quo novissimo tutore auctore prius  
 defuncti fratris adire hereditatem potuerit, eamque ad substitutum transmittere, q. et supponitur in d. l. 42.  
 h. tit. quem casum in id Triphoninus adduxit, ut genuinam sua decisionis rationem subtiliter, et artifi-  
 cialiter demonstraret, totum scilicet in eo exat, ut doceret, q. si impubes uterque simul eodem casu periret, no-  
 vissimo substitutus ad utrumque hereditatem admittitur, et ut defuncti Voluntatem substituto n. repugantem  
 probaret, primum, q. si duo impuberes n. eodem casu, sed Ordine decedunt, ut ut superius prius defuncti  
 acquirere hereditatem potuisset, in novissimo hereditate prioris etiam hereditatem iuxta parentis iudicium  
 substitutus inveniat, inde deludit dea parentis Voluntatem n. fieri in eo, q. si impubes uterque simul decedat,  
 uterque substitutus succedat, ut post Antiquos n. nulli explicuerunt Cetera in d. l. 9. §. 5. Cum in bello. de Rebus  
 dub. Verbo Patet. n. 6. Donell. sub lib. 8. Comment. in d. l. 9. Per. Barb. in d. l. 37. h. tit. n. 18. D. Rees. d. lib. 3. opus.  
 cap. 5. ex n. 11. et praecipue n. 16.

N. 21.

Huiusmodi itaque solutione Rejcta difficultati n. 19. opposita respondendum  
 melius e. ex mente subtilissimi Goffredi in d. l. 9. de Reb. dub. n. 19. parentis, qui pupillariter novissimo de-  
 cedenti substituit, eam esse Voluntatem, n. quidem, ut in omni eventu, sed eo solum casu, quo prior impubes  
 adhuc filius decederet, eiusque hereditatem superius impubes frater acquireret, in novissimo hereditate  
 te prius etiam mortui hereditatem substitutus inveniat; Nam si Vel prior pubes jam factus extra-  
 neo herede intestato decederet, Vel prior impuberis mortui hereditatem superius impubes frater repu-  
 diaverit, in novissimo hereditate prioris mortui hereditatem inveniri n. potest, eam tamen parentis Vo-  
 luntatem sufficere ad hoc ut si uterque impubes simul eodem casu decederet, uterque substitutus succedat,  
 Nam cum Voluerit parens, ut aliquo saltem casu per mediam novissimo decedenti portionem ante etiam  
 mortui hereditatem substitutus acquireret, et Voluerit uterque ceneter, ut n. novissimus uterque decede-  
 rit, uterque hereditatem substitutus acquirat. Ex quibus inferit Goffred. d. n. 19. cum 2. seq. q. et n. pa-  
 ter, cum tres, Vel quatuor filios haberet, ex duobus ex eis novissimo decedenti pupillariter aliquem  
 substituerit, siquidem duo illi filij, quorum novissimo substitutio facta proponitur, simul eodem  
 casu decederint, ad utrumque hereditatem reliqui fratribus exclusi substitutus admittitur,  
 Variationes praestat, q. licet pater adhuc ex duobus filij novissimo decedenti facta substitutio inte-  
 grum inter omnes filios legitimarum hereditatum Ius custodiri Voluerit, et n. Ordine impuberes duo,  
 quorum novissimo substitutus fuit datus, decedunt, prioris mortui n. quidem tota hereditas, sed eius  
 dumtaxat pars ab intestato ad novissimum propter aliorum fratrum Iurum pertinuerit, cum tamen  
 aliquo saltem casu iuxta parentis iudicium tota prioris mortui hereditas potuit ad novissimum,  
 et per mediam ejus portionem ad substitutum pervenire, Veluti si alij fratres prius forsan decedissent,  
 Vel prior impuberis mortuo superius hereditatem repudiasset, Vel ante earum aditionem dece-



ssuente, id sufficit ad hoc, ut n̄ duo illi impuberes simul decedant, ad eorum hereditatem, ceteris ex-  
 clusis fratribus substitutus admittatur. Ex eadem etiam rat. deducit Goffred. q. 11. t. 1. in d. l. 9. cum simili.  
 Etiam matris inter filios extante procedit eo adhuc Iure supposito, q. extat in l. 9. Ut. Cad. Tertull. 5. Sed cum  
 antea. 5. Init. eod. aut in Novela. 118. cap. 2. ita ut si parens novissimo decedenti substitutus, et uterque impubes  
 filius simul decederit, circa utriusque hereditatem matris substitutus preferatur; Nam licet si ordine im-  
 puberes decedissent, prioris mortui n̄ tota hereditas, sed ejus pars propter matris decessum ad novissimum ab  
 intestato, et per mediam ejus personam ad substitutum perveniret; q. tamen aliquo saltem casu iuxta  
 parentis voluntatem integram prioris mortui hereditas potuit ad novissimum, et per mediam ejus  
 personam ad substitutum pertinere. Veluti si mater prius fornicem decederet, vel adhuc superest prio-  
 ris mortui delataz sibi hereditatis partes repudicaret, hinc si uterque impubes simul decederet, circa  
 utriusque hereditatem matris substitutus debet preferri =

N. 22.

Duplicem hanc Goffredi illationem ingeniosam esse agnisco,  
 falsissimam tamen existimo; quod enim hucusque diximus novissimo decedenti substitutum ad impube-  
 ris utriusque simul decedentis hereditatem admitti, obtinere tunc solum potest, cum novissimo ex om-  
 nibus liberis, quos Parens habebat, substitutus datus e, quo casu militat omnino ratio à Consulens  
 praestita in d. l. 34. d. l. 42. h. tit. d. l. 9. de Reb. dub. qui t. 1. ut ex eorum l. 1. d. 1. de substitutione  
 novissimo ex omnibus liberis decedenti facta loquuntur; n̄. Verò, cum pater, qui tres, vel quatuor fi-  
 lios habebat, ex duobus ex eis novissimo decedenti substitutus, quo casu, si quidem duo illi filij, quorum  
 novissimo substitutio facta proponitur, adhuc impuberes simul eodem casu decederent, ad neutrum  
 hereditatem substitutus admittendus existimo, q. qui sic substitutus, parens legitimarum hereditatum  
 Ius integrum inter omnes liberos reservavit, et voluit, ut si Ordine duo illi impuberes, quorum novissi-  
 mo substituerat, decedissent, prioris mortui hereditas ab intestato ex aequo partibus omnium inter  
anni 14. Vel filia 12. Vltimuz attingent dies, q̄ ex tunc testamenti faciendi Ius habent ex d. l. 5. jun-  
 ti, quæ pro eju explicat. tradunt plures, quos refert, et sequitur D. Retes. t. Opus. cap. 22. n. 34. pupillares  
 Extinguitur substitutio. Nec tunc testatur exi. ind. 58. Inst. de Pupill. ubi q̄. Iustin. scribit, tum demig  
 pupillarem substitutionem evanescere, cum masculi 14. m. femina vero 12. m. annuz excederint, accipiendum sic ē  
 ut scilicet ex quo potremuz 14. aut 12. anni diem attingent, quoad testandi Ius, et pupillari substituti-  
 onis causam jam hoc tempore excedere credantur, cum testari perinde possint, ac si pubertatis anni excessi-  
 vent, ut probant sic intelligi et inter se conciliandi tōi. in d. l. 5. Quæ testam. fac. poss. et in l. Si frater. 4.  
 C. eod. tit. et communiter docent Interpretes in d. 5. 8. Unde si pupillari substitutus ad hæreditatem ex  
 causa substitutionis admitti desideret, probare omnino tenetur substitutionis caruz existerie, impubery  
 scilicet, cui fuit substitutus, intra pupillares ætates decennio, cum hoc præcipuz sua intentioni sit fun-  
 damentuz, quilibet vero sua intentioni fundamentum probare tenetur. l. Si minor. 4. C. de in integr.  
 restit. l. Si mater. 17. C. de Probat. ut docet Barb. in d. l. 2. h. tit. n. 36. cum seqq.

Num. 2.

Sed licet Regulariter per pubertatem pupillari evanescat sub-  
 stitutio, n̄ nunquaz tamen etiam ante pubertatem extinguitur; nam et si ultra pubertatem porrigi non  
 possit substitutio, omne tamen spatium, q̄ ē intra pubertatem, liberum parenti ad pupillarem substiti-  
 tuendum relinquitur, qui et ad breve tempus ætati potest substituere, veluti sub hac formula, Si  
filii mei intra 10. annum decenerit, Titius ei hæres esto. l. Quæ plures. 38. d. h. tit. quo casu siquidem  
 filius post 10. quamvis ante 14. annuz decenerit, nec civili Iure ad hæreditatem, nec Prætorio ad  
 bonozuz possen. substitutus vocatur, propter manifestuz Parenti iudicium, qui intra certæ ætatis tem-  
 pus substitutus circumscriptus. l. Si ita qui substituerit. 2. h. tit. Et tunc et potest parenti diversos  
 post cuiusque ætatis finem substituere, et quidem si sic scriperit, Si filius intra 10. annum decenerit,  
Titius hæres esto: Si post 10. intra 14. Marius hæres esto, prout in d. l. 38. d. Itaque. 2. h. tit. Expediunt  
 ē, Unumquemque substitutum in eum casum ad impuberi hæreditatem separatim admitti, in quem  
 expressè fuit substitutus, et in persona Titij substitutionem extingui, ex quo pupillus 10. annuz exce-  
 sserit, in Marij autem persona ex eo tempore substitutionis incipere, et per pubertatem extingui.  
 l. 2. d. Si primus. 3. de Bonoz. possen. sec. tab. Si vero sic parenti substituerit, Si filius mei intra 10. an-  
nos decenerit, Titius hæres esto: Si intra 14. Marius, dubitari quidem potest, an si filius intra 10.  
 annos decenerit, uterque simul substitutus ad eju hæreditatem admittatur? Dicendum quidem Vide-  
 tur, utrumque substitutum debere ad impuberi hæreditatem devocari, quippe cum in maiori ætatis  
 numero minor etiam teneatur. arg. tōi. in l. 5. Si stipulanti. 4. de V. O. expressè tōi. ind. l. 14. h.  
 tit. juncto Duaxeno in paraphrasi ad num. tit. cap. 22. Verum omnino ē, filium, qui intra 10. annos  
 decenerit, intra 14. etiam decennio; utique ipse substituto locus esse videtur, cum in Veriusque per-  
 sona carui substitutioni extiterit. Contrarium tamen, et merito respondet Paulus in d. l. 43. d. h. tit.  
 doceri, in Veroque substituto suum tempus separatim servari, id ē, Unumquemque substitutum in eum  
 a testatore expressum separatim ad impuberi hæreditatem admitti; q̄ licet in maiori ætatis num.  
 minor etiam teneatur, Verosimile tamen ē, patres, qui in singula ætatis tempora singulis substiti-  
 tutos vocavit, id voluisse, ut nullo unquam casu utriusque simul pupillo succedant, imò in Veriusque  
 iusque persona suum tempus servaret separatim, nisi vel ex oriori, vel ex inferiori testamenti parte  
 Veraxia testatoris voluntas aperte ostendatur, quo casu quia conjecturæ locus n̄ superest. ex Vulgari  
 Ref. tōi. in l. Ille. 25. d. de leg. 3. Uterque simul substitutus ad impuberi hæreditatem admittitur.

Num. 3.

Secundus extinguenda pupillari substitutionis modus  
 ille ē, si liberi ante parentis mortem sui Iuris effecti sint. Expressè tōi. in d. l. 4. d. 5. Cum filia. 2.  
 h. tit. q̄ cum substitutio ante parentis obituz confirmata non dum sit, et ad eum casum pervenerit,  
 a quo incipere n̄ potest, omnino debet extingui. ex Ref. tōi. in l. Pluribus. 140. d. 5. Vlt. de V. O. juncti, quæ  
 pro eju explicat et diliat. cum l. In ambigui. 85. d. de Rep. Iuz. ex Donello peripicue demore tradit  
 Arnold. Vinn. in d. Ex contrariis. 1. Inst. de Leg. Et tunc quoties pater, qui ribi, et impuberi filio testa-  
 mentuz fecit, ab hostibus postea captus filio impubere in Civitate relicto in eorum potestate decuit,  
 et impuber postea filius diem suum obiit, an per legem Corneliam pupillari tabula confirmaretur,  
 fuit inter ipsos Consultos controversuz, ut dicitur ex tōi. in l. Pater. 10. de Captiv. ubi refert Papin. qui-  
 dam existimasse pupillares substitutiones evanescere, et legitimæ successionis locum esse, qui ea Tade-  
 more-



movebantur, ubi superstitie adhuc parente sui Iuri filius efficitur, iuxta pupillari fit substitutio.  
 d. l. 4. §. 2. h. tit. Sed cum pater ab hostibus captus, et eorum servus efficitur, filius statim ab ejus  
 naturaliter adhuc superstitii potestate revera liberatur. l. penult. de Libes. et Poth. §. pupillari om-  
 nino extinguitur substitutio, nec per legem Corneliā confirmatur. Prævaluit tamen, et merito Terentia  
 ss. existimantur iuxta hoc casu pupillari substitutione non fieri, imo per legem Corneliā confirmari.  
 l. Lex Cornelia. 28. h. tit. l. 10. de Captiv. §. quoad pater apud hostes superstiti, filius patri a potestate  
 in plenum liberatus dici non potest. l. penult. de Sui, et legit. cum pendeat in incertum patri a potestate Iuri  
 propter Iuri postliminij. l. 1. §. 1. ad Macedon. §. Si ab hostibus. §. In re. Quib. mod. Iuri pater pot. solv. ubi au-  
 tem apud hostes pater decedit, per fictionem legis Corneliæ ipso Captivitate instanti fingitur decuisse,  
 Et ex eo demum tempore filius sui Iuri factus retro creditur. Quibus fictionibus supportus filius  
 superstitie adhuc parente sui Iuri factus non fuit: §. pupillari tabula cum paterni simul per legem  
 Corneliā confirmantur, ut explicant præter plures, quos refert, et sequitur D. Reter. 6. opusc. cap. 15.  
 num. 7. Bast. in d. l. 28. h. tit. n. 3. et Cherius. 2. interpret. cap. 43. per tot. Hæc autem pupillari sub-  
 stitutioni confirmatio non ex ss., ut falso opinabatur Pichard. in lectura ad num. tit. cap. 24. n. 43. sed ex  
 Verbi legis Corneliæ proficiunt, quæ dum eorum testamenta, quæ in captivitate decederunt,  
 confirmat, non ad ipsorum solum hereditatem pertinet, sed ad omnes hereditates, quæ ad quem-  
 cunque ex eorum testam. pertinere possunt, si in hostium potestate non perveniunt, ut lo-  
 quitur Julianus in d. l. 28. h. tit. §. cum pupillari tabula principalium tabularum pax sint,  
 Verba legis Corneliæ pupillari non minus, quam paternæ tabulæ comprehendunt. Nec quidquam  
 interest, an filius in paterni tabulæ institutus fuerit, vel exheredatus; Superior etenim  
 Iuri ratio ex postliminij, et legis Corneliæ fictionibus desumpta æque militat, sive ins-  
 titutus, sive exheredatus filius proponatur, ut adversus Anton. Fabr. 3. Conject. cap. 9. et lib. 10.  
 cap. 3. et Pichard. in lectura ad num. tit. cap. 25. per tot. docent Cherius d. lib. 2. cap. 43. eo  
 num. 6. et Reter d. lib. 6. cap. 15. n. 7.

Tertius modus, quo pupillari extinguitur substitutio, est,  
 si filius impubes vel superstitie adhuc parente, vel post ejus obitum in alienam potestatem perva-  
 nerit, ut ecce, si pater impuberem filium, cui pupillari substituit, antiquo Iure cui-  
 bet quantumvis extraneo, hodie autem avo, vel proavo paterno, vel materno in adoptionem  
 dederit. juxta terminos tōd. in l. Cum in adoptivi. to. C. de adoption. duplici ratiōe iuxta sub-  
 stitutio fit, et quæ mortui tempore filius in naturali patri potestate non est, et quæ sive supersti-  
 te, sive quæ jam mortuo naturali parente in adoptivi patri potestate, et filius fam. invenit,  
 ac proinde nec testamentarius, qualis pupillaris est substitutus, nec legitimam heredem  
 potest relinquere. ex vulgari reg. tōd. in l. 6. qui testam. fac. poss. pr. In re. quib. non est permis. fac.  
 testam. Similiter nepotibus testamenti tempore à patre præcisi facta pupillari substitutio,  
 si quidem morientis avi tempore præcisi adhuc inveniantur, et post obitum avi in patri po-  
 testate cadant, iuxta omnino fit, cum filij fam. post avi mortem inveniantur, nec testamen-  
 tarius possunt heredes relinquere, ut dicitur ex huius, quæ dicitur præced. cap. n. 9. Ex eadem ratiōe si  
 impubes filius post patri obitum causa cognitione præhabita, per Præcipale rescriptum  
 fuerit adrogatus, quæ eo modo filius fam. efficitur, et cum capere fortunam quoque transferret  
 in adroganti potestatem. l. Si pater fam. 15. l. Si adrogato. to. de adoption. l. Qui ex libent. 11.  
 §. Ut. de Bonor. possen. sec. tab. pupillari ipse facta extinguitur substitutio. Quod ut intelli-  
 gatur, scire oportet, impuberes olim adrogari non possunt, ut Ulpianus testatur in fragm. tit. 8.  
 de adoption. §. Per Prætorum. 4. Veri. Pupilli. §. nec ipse animi iudicium habet, nec tutori aliena  
 potestati eum subicere germanum erat, non solum quæ in adrogatione datio omnino extra tute-  
 la administratione est, ut ex Florentino. aiebat Ouald. 2. Comment. Donell. cap. 23. lit. D. §.  
 etiam quæ tutori auctoritas, quæ circa pupillari facultatum administratione Versatur, in

N. 4.



id de iure n. posse crederetur, ut tutelae ipsae, et administrandi facultates extingueret, quae sane per impuberis adrogationem extinguuntur. l. Si adrogati. 14. in p. de Tutel. S. I. In re. Quib. mod. tut. fin. ne alioquin inducitur ad unum fing. auctoritas ejus. Itemque Operaretur. Item Vulg. Reg. tit. in l. Legata. 13. in p. de leg. 1. l. Legata. 14. de adm. leg. Rursum impubere in adrogationem dato agnati Iura legitimae Successionis amittunt, cum agnationis Ius, quo legitimae defunctae hereditate, per minimas capitis diminutiones, quae per adrogationem contingit, proxime extinguatur. S. Vlt. Inst. de Legit. agn. tut. et adrogatus ut pote filiusfam. nec testamentarius, nec legitimus haeres potest relinquere, quae etiam ratione per impuberis adrogationem pupillari a naturali parte facta finitur substitutio: ne ergo in tutore esset arbitrio tutelae, et a parte factae pupillares substitutiones extinguere, aut pupilli agnati spe legitimae Successionis fraudari, impuberi olim ne tutore quidem auctore potuisset in adrogationem dari.

N<sup>o</sup> 5.

Porro vero ex Divi Antonini Institutione impuberis adrogationem fuisse permissam. Item ex Ulpiano d. tit. 8. S. 4. ita tamen ut tutoris intercedat auctoritas, et causa cognitio apud Magistratum precedat, in qua plurima excutiuntur, quae continentur in d. l. 15. S. In adrogatione. 2. cum seq. l. Nec et. 1. de Adoptione. l. Vlt. C. de Aucton. prae. l. 2. C. de Adoptione. S. Cum autem. 3. Inst. eod. tit. nec jam in tutoris arbitrio esse dici potest tutelae ipsam extinguere, cum impuberis adrogatio n. nisi causa cognitione apud Magistratum praehabita per Principale Rescriptum Expediatur. Sed tamen cum animadvertisset Antoninus impuberis, quam permittebat, adrogationem aut pupillari substitutio, aut pupilli agnati fraudi esse, cum per eam pupillari expiraret substitutio, et agnationis Iura tollantur, nec rationi esse discrepantem, ut Principale beneficium ad alienae facturae porrigatur d. l. 43. in p. Vexi. Et enim iniquum h. tit. ne inde iniuria nasceretur Occasio, Unde Iura nasci debuerunt, ut ad rem aliam eleganter aciebant Imperatores in l. Meminerint. 6. C. Unde vi. n. aliter fieri impuberis adrogationem statuit, quae si datus fidei iuribus caveat adrogator persona publica, id est, tabulario, si pupillus intra pubertatem decederit, Rescriptumque se bona illi, qui si adoptio facta non esset, ad ejus Successionem venturi essent. d. l. 15. S. Vlt. cum 3. legib. seqq. de adoptione. d. l. 2. C. eod. tit. d. S. 3. Inst. eod. Item autem sunt vel pupillari substitutio, cum si naturali pater impuberis filio secundae tabulae fecerit, vel proximiores agnati ex his, quos pupillus ante adrogationem habebat. Unde licet per impuberis adrogationem tam pupillari a naturali parte facta substitutio, quam legitimae Successionis Iura perimantur, superioris cautionis remedio tam pupilli agnatis, quae pupillari substituto satis prospectum est, qui licet impuberis adrogato intra pubertatem decedenti tanquam haeres n. succedant, cum impuberis in adoptiva familia decedens nec testamentarius, nec legitimus haeres potest relinquere, ut illi tamen ex stipulatu actione possunt adversus adrogatorem, et ab eo datus fidei iuribus experiri, et pupilli sequi facultates, ut expresse Papin. decidit in l. Causa cognita. 10. h. tit. dum docet, q. si impuberis adrogatus decedat, quemadmodum agnatis Principali auctoritate vinculo cautionis prospiciatur, sic et pupillari substituto a naturali parte dato succurratur, ita ut sive agnati, sive substituto utiles dumtaxat actiones praestentur. l. 2. S. pen. Vexi. Sed si forte impuberis ad Tertyll. ut docent Cusac. 29. quare Papin. in d. l. 10. h. tit. et Barb. in l. 10. S. In adrogato. 6. h. tit. n. 2. cum 2. legq. et n. 15. habet autem locum hac cautio, ubi pupillus intra pubertatem decedit, at si puberes aetate exierit vita decedat, substitutio evanescit. d. l. 10. de adoptione. q. et si adrogatio n. intercesserit, pupillari tamen substitutio per pubertatem expiraret, nec ex eo ubi naturali pater impuberis filio tabulae secundae n. fecerit, agnati, quos ante adrogationem pupillus habebat, iniuria fieri intelligitur, ex his, quae tradunt omnino videndi Anton. Fab. in Papin. tit. 11. de Adoptione. p. 10. t. illae. 11. circa fin. et Oroz lib. 5. de Agric. cap. 6. num. 8. cum seq.

N<sup>o</sup> 6.

Ab hac tamen communi Interpretum calculo Recipra ss. decidit Anton. Fab. d. illae. 11. fieri per tot. enixè persuadere intendens, quod ubi Impuberis per Principale Rescriptum adrogatus, cautionis vinculo agnati quidem, quos ante adrogationem pupillus habebat, porrigitur



prospicitur, et legatis etiam, aut libertatibus secundæ tabulæ relicti, n. etiam pupillari substituto, nisi servus cum libertate pupillariter sit substitutus, q. ut evincat, sic arguit: Pupillari substitutio pupilli testamentum est; sed impuberi adrogatus relinquere pupillares hæredes n. potest: q. nec cautionis vinculo pupillari substituto potest esse consultum. Rursum: Pupillari substitutio ita servat iuris rationem fuit propter pupillares utilitates recepta: q. per adrogationem, qua n. aliter, quam si causa cognitione præhabita pupillo expedire visa fuerit, fieri permittitur, extinguere ita debet, ut nec cautionis vinculo debeat substituto succurrere, ne alioquin plus privilegij habeat, quàm aliud quodlibet patrisfam. testamentum, q. penitus per adrogationem extinguitur. d. l. 1. ff. de Bon. possen. sec. tab. Idem Fabri fundamentum facile resp. ex eo q. cautionis vinculo sit pupillari substituto prospectus, n. infanti impuberem adrogatus testamentarius hæredes relinquere; nec enim substitutus tanquam hæres, aut substitutionis, quam extinctam esse fatemur, Iure succedit, sed cautionis beneficio pupilli bona requirit, quemadmodum et agnati, qui legitimi hæredes impuberi adrogato existere dici n. possunt, eodem cautionis constituitur beneficio, et divinis proximi testamenti à pubere patrisfam. facti causa est, q. idem ita per ejus adrogationem extinguitur, ut nec cautionis vinculo instituti hæredes succurrant, q. sicut libertus testatoris fuit Iure perfectus testamentum cancellare, sic et propria adrogat. iuribus illud destruere; at pupillus ne tutore quidem auctore potuit per voluntarias adrogationes à naturali patre factas pupillarem substitutionem extinguere. ex resp. tom. in l. In tabulæ 36. de Statu lib. qua ratione Antonini Pij. destructio, sicuti pupilli utilitati consulit, dum causa cognita fieri ejus adrogationem permittit, sic et pupilli agnati, et pupillari substituto per cautionis remedium progerit. Hanc solutionem præsentem Faber subiungit favorabilioris idem proximiori agnati, quam pupillari substituti causam esse, q. pupillari substituti persona certa est, qua n. nisi improbi, præmaturæ, et contra bonos mores de superstiti adhuc impuberi hæreditate potest esse sollicita. d. l. 2. §. Interdum. 2. h. tit. l. 1. §. Si impuberi. 21. de Collat. bon. at illius persona, qui pupillo ab intestato sit succurrus, incerta omnino est, q. dum superstiti pupillus est, quinam mortui ejus tempore proximior agnatus futurus sit, ignoratur, nec improbi agnati dici possunt, qui de superstiti adhuc impuberi hæreditate n. sibi ipsi nominatim, sed ei, qui pupilli mortui tempore proximior fuerit agnatus, Trevanda solliciti sunt: stat q. optimè pupilli duntaxat agnatis, n. etiam pupillari substituto pro cautionis beneficio succurrere. Sed præterquamq. potest etiam, quinam pupillari substituto, ignorari, si pupillari tabula sint separatim scriptæ, resp. patrem adrogatoris publicæ persona, n. Verò pupillari substituto cavere, qui cum cautionem ipse n. accipiat, de impuberi adhuc viventis hæreditate sollicitus dici n. potest =

Ab auctoritate suam opinionem adstruit Anton. Fab. ex tom. in d. l. 1. §. de Adop. ubi docet Ulpianus, pupillorum adrogationem huius duntaxat permitti debere, qui vel naturali cognatione, vel iusta affectione ducti adrogaverint, ne in tutorum eret potestate, et tutelam finire, et à patre factam substitutionem extinguere: q. per impuberi adrogationem omnino pupillari extinguitur substitutio. Expendit et tom. in d. l. 1. Verbi. 19. cod. et ubi annexit idem Ulpianus Verbi satisfactionem, qua ab adrogatore præstat, et libertatibus, et legatis secundæ tabulæ relicti prospectum esse, et multo magis, servo substituto; Tum sic, si per cautionis beneficium fuerit pupillari substituto succurrus, non nisi frustra Ulpianus scripsisset, libertatibus, et legatis secundæ tabulæ relicti prospectum fuisse; Derivato etenim pupillaris substitutionis effectu dubitare nemo potest, omnia in secundæ tabulæ relicta per cautionis beneficium derivari: dum q. Ulp. libertatibus, et legatis prospectus nominatim scribit, pupillari substituto succurrus n. fuisse supponit. Rursum si cautionis beneficium pupillari cuilibet substituto succurreret, substituto servo succurrere n. nisi frustra Ulpianus admoneret; Quinam etenim dubitaret cautionis beneficium, q. pupillari cuilibet substituto succurreret, servo etiam cum libertate substituto debere succurrere: Cum ergo substituto servo succurrere signanter Consultus advertat, alij cuilibet pupillari substituto præter servum n. fuisse prospectum sentit. Expendere etiam potuisset tom. ad rem adhuc n. animadvertens in d. l. 2. §. Impuberem. 5. ad Tertull. ubi docet idem Ulpianus, impuberem filium, cui pater secundæ

N. 7)



tabulas fecerat, tunc certum esse intestatus decedere, cum substituti ejus omiserint hereditatem. Ex quo infert, qd si impubes fuerit adrogatus, dicendum e, matrem ad ejus bona ex S. Cto Tertulliano admitti, quae haberet, si intestatus decederet, tum sic, En ubi si impubes adrogatus decedat, ejus bona n. ad pupillarem substitutum, sed ad matrem cautionis beneficio spectant: qd per cautionis vinculum agnati duntaxat, aut cognati, n. etiam pupillari Juliano substituto =

N. 8.

Nulla tamen ex his Ulpiani decisionibus Sabri opinioni suffragatur; tñ etenim in d. l. 1. D. de adoption. solum probat, per impuberis adrogationem pupillarem substitutionem extingui, n. vero negat per cautionis vinculum pupillari substituto succurri. Similiter et tñ in d. l. 1. eod. dum satisfactionis vinculo libertatibus, et legati secundae tabulae relictae prospectus affirmat, pupillari etiam substituto prospectus esse supponit, ut dicitur ex eo, qd Ulpianus id neminem dubitare scribit; profecto vero si per cautionis vinculum prospectus pupillari substituto n. fuerit, dubitari praevidetur, an libertatibus, et legati secundae tabulae relictae prospectus erit? Et postea subjicit Consulibus multo magis neminem dubitare substituto etiam seruo prospectus esse, pupillari cuilibet substituto consultum evincit, quare sic arguat: Si pupillari cuilibet substituto, et libertati secundae tabulae relictae cautionis consultum beneficio, multo magis substituto seruo, in quo et substitutionis, et libertatis ratio reperitur, debet esse prospectum. Difficilior videri poterit tñ in d. l. 2. D. ad Tertull., quem tamen duplici modo intelligi posse existimo, v. si dicamus, qd Ulpianus scribit, si impubes adrogatus decedat, ejus bona ad matrem pertinere, intelligendum tunc esse, cum scilicet naturalis pater impuberis filio tabulae secundae non fecit. 2. et verius fortitan dicendum arbitror, praefataz Ulpiani ss. accipiendam sic esse, ut si impubes adrogatus decederit, et à naturali patre datus pupillari substituto ejus bona, quae tibi restitui cautionis Iure desiderare possit, recusaverit, mater, perinde ac si intestatus filius decederet, ejus bona ejusdem cautionis Iure persequi possit, quò Ulpianus reperisse, ipsa tñ series persuadet, in nullo aut Consulibus, tum demum certum esse impubem filium, cui pupillarem patris substitutum, intestatum decedere, et legitima matris successione ex Tertull. S. Cto locum esse, cum substituti hereditatem omiserint; Quod qd postea subjicit, si impubes adrogatus decederit, ejus bona ad matrem pertinere, perinde ac si intestatus decederet, siquidem in eisdem terminis facta scilicet pupillari substitutioni accipiantur, ut suadere videntur dictio illa quare, qua verba Ulpiani, ad eisdem etiam substitutionum repudiationis terminis referendum necessario est, ut sic eodem in omnibus eumate recte potestior vinculus anteriori cohaereat =

N. 9.

Fortiori utique ratione (ut ad hanc jam redeamus) si impubes filius superstiti adhuc parente ab hostibus captus e, et sive vivo, sive mortuo patre in eorum potestate decederit, pupillari extinguenda substitutio. d. l. 28. Vers. Si vero vivo. h. tit. qd sive vivo adhuc patre decederit, eo tempore, quo secunda n. magis quam prima tabula firmari potuerunt, decedere invenitur; sive mortuo jam patre naturaliter filius decederit, Iuris censura ipso captivitate instanti, et sic filius famil. retrocedit decedere, ac proinde nec testamentarius, qualis e. pupillari substituto, nec legitimum heredes potest relinquere. Sin autem impubes filius post patris obitum ab hostibus captus in eorum potestate decederit, dubitari quidem poterit, an pupillares tabulae per impuberis servitutem iura facta per legem Corneliam possint firmari? In qua re omnino, qua tradunt Anton. Sabri d. lib. 10. Conjecturas. cap. 5. et D. Reces. lib. 6. opusculor. cap. 15. n. 9. dicendum breviter e. cum Richard in lectur. ad n. r. tit. cap. 22. per tot. et Cheno d. lib. 2. interpret. cap. 44. per tot. et Amaya 2. Obsev. cap. 2. ex n. 32. qd si legis Corneliae Verba intueamur, pupillares tabulae n. firmantur; Cornelia namque lex de secundae tabulae seroniam à patris nihil locuta ejus dumtaxat personam demonstravit, qui testamenti factionem habuisset, ut ait Papin. in d. l. 10. D. de Captiv. Ex mente tamen legis, qua legitimam impuberis apud hostes decedentis hereditatem ab intestato confirmavit, cum tamen pupillus intestatus decedere proprie dici n. possit, pupillari substitutio firmatur, qd licet impubes testamenti factionem n. habuerit, pupillari tamen substituto, quamvis à patre facta pupilli testamentum e, et eorum bona, qui in hostium potestate decedunt, sive testamenti factionem habuerint, sive n. habuerint, vel ex Verbi, vel ex ss. legis Corneliae ad eos pertinent, ad quos pertinerent, si in hostium potestate n. pervenissent. d. eom. sic intellig. in l. Bon. 22. in pr. de Captiv. Minc exponendum e. tñ in d. l. 28. Vers. Sed si pater. h. tit. ubi docet Iulianus, qd



quod si post mortem Patris impubes filius ab hostibus captus in eorum potestate decederit, n. commodè dicitur ejus hereditatem ad substitutum pertinere pupillarem ex lege Cornelia; q. scilicet lex de secundis tabulis à paternis seorsim confirmandi locuta n. fuit: sentit q. Julianus, q. si Cornelia legi verba impudiamus, n. Imode dicitur hereditatem ad substitutum pertinere; si vero legi mentem, et sent. attendamus, commodè dicitur, secundas tabulas confirmari, et ad substitutum hereditatem pertinere. Cui tamen sic explicata Juliani decisioni adveniam Papin. Videtur in d. l. to. St. de Captiv. ubi cum in eadem specie legi Cornelia verba deficere asseruisset, alienum n. esse subjungit, Prætoris subiequi n. minus Patris, quam legi voluntatem, et utiles actiones in hereditatem substituto dare: q. cum ad Prætoris auxilium confugiat, nec ex verbis, nec ex mente legi Cornelia pupillares tabulas sentit confirmari. Verum cum Amaya ubi nuper respondet, Papinianum in d. l. to. St. n. negare secundas tab. ex mente, et ss. legi Cornelia confirmari, sed potius auerere n. modo iure civili, ex mente scilicet legi Cornelia, sed et Prætorio confirmari, alienum namque n. esse scribit, Prætoris subiequi n. minus Patris, quam legi voluntatem, et tam iuxta Patris voluntatem, quam iuxta legi sententiam utiles actiones in hereditatem substituto dare, n. q. directæ actiones deficient, quæ ex sent. n. minus, quam ex verbis legi proficiunt. ex reg. vti. in l. 6. St. de Verb. Sign. cum similib. Sed q. si substitutum sec. tab. bonorum poss. adjuvandi Iuri civilis gratia à Prætorio introductæ agnoscere maluerit, utiles ei actiones à Prætorio dantur, quia licet directæ possint appellari, quatenus ex edicti verbi proficiunt, q. tamen cum civilibus ex sent. legi Cornelia descendentes deferuntur, vti Iuri utiles appellantur. l. Tutor. 16. 5. Vlt. de Pign. act. junct. l. 4. de Superficie. 5. Nam si cui. 4. Inst. de action.

N. 10.

Illud tamen adhuc subtili disquisitione dignum occurrit, Verum scilicet, si post Patris obitum impubes filius ab hostibus captus, et puberem jam ætate egressus in eorum potestate decederit, pupillares tabula ex mente, et ss. legi Cornelia confirmari? In qua specie Goffred. in d. l. 28. h. tit. n. 9. cum 2. reg. et Petr. Barb. in eodem tit. n. 9. ex mente legi pupillares tabulas sentiant confirmari ratione illa subtrahi, q. filius, qui apud hostes decedit, per fictionem legi Cornelia ipso captivitate instanti impubes adhuc erat: q. licet puberem ætate egressus revera decederit, impubes tamen fingitur decedere, ac per consequens ex mente legi debent pupillares tabula confirmari. Asumptum probat Goffred. ex d. l. 28. Veri. quare etiam h. tit. ubi si impubes filius superstiti adhuc parente ab hostibus captus sit, et post patris obitum apud hostes naturaliter decederit, quamvis eo tempore revera decederit, quo patris potestatis Ius pendere dici n. potest, q. tamen eo ipso captivitate instanti, et sic filius iam fingitur decedere, pupillares substitutio per legem Cornelianam n. confirmari: q. ex eadem ratione in Titianus verba, si impubes filius post patris obitum ab hostibus captus, puberem postquam ætate impleverit, in eorum potestate decederit, quamvis revera puber iam factus decederit, q. tamen ipso captivitate instanti, et sic impubes adhuc fingitur decedere, pupillares tabula debent per legem Cornelianam confirmari. Ex Titianus tamen Cora, cui libenter subscribo, in cap. Si pater l. 2. verbo Defuncti ante tempora pubertatis. n. 6. pupillares tabulas in presentia ex sent. legi Cornelia confirmari n. posse docet; q. eorum verba, qui in hostium potestate decedunt, ad eos pertinent vel ex verbis, vel ex mente legi Cornelia, ad quos spectarent, si in hostium potestate n. pervenissent. d. l. 22. in pi. de Captiv.; Sed si filius post patris obitum in hostium potestate n. pervenisset, et puber iam factus in Civitate decederet, ejus hereditas ad pupillares substitutum n. pertineret, ut potè iam pupillares substituit. per pubertatem extincta: q. licet impubes post mortem patris ab hostibus captus apud eos puber iam factus decedat, n. eo magis ex ss. legi Cornelia ejus hereditas poterit ad substitutum pertinere.

N. 11.

Nec tunc Goffredi, et Barboza fundamentum refertur; q. licet quando pupillus apud hostes naturaliter superstiti est, pendeat Ius pupillari substitutio nisi propter Ius postliminii, ubi apud ipsos puberem ætatem egredietur, pupillari statim abrumptum substitutio, nec pendere iam amplius dici potest; et quamvis puber iam factus apud hostes decedens ipso substitutio, nec pendere iam amplius dici potest; et quamvis puber iam factus apud hostes decedens ipso captivitate instanti decedere fingatur, n. ideo legi Cornelia menti locui est, quæ id solum agit, ut testamentariam, aut legitimam successionem in eorum præterea confirmet, ad quos hereditas pertineret, si captivus in hostium potestate n. pervenisset, et in Civitate decederet. d. l. 22. de Captiv. et licet fingat eum, qui apud hostes decedit, ipso captivitate instanti decedere, in presentia n. impubem, sed puberem iam factum



ipso Captivitate instanti fingit decedere, ut pupillari substitutione excludat, et legitimo heredi lo-  
 cum faciat, eandemque captivi hereditariam causam constituat, quae erit, si in horum potestate n. perve-  
 nisset, et in Civitate decederet. Si cum Adversarij inter: Lex Cornelia fingit, captivum ipso Captivitate  
 instanti decedere; sed in proposito filium, qui revera pube jam factus apud hostes decedit, Captivitate ins-  
 tanti impubes adhuc erat: q. dum Captivitate instanti fingitur decedere, n. potest n. impubes adhuc decede-  
 re fingi; impossibile namque e, q. impubes captus sit, et q. Captivitate instanti pube jam factus decedere  
 fingatur. Respondendum existimo, q. et si falsum omnino sit dicere, impubez captum ipso Captivitate  
 instanti puberem jam factum decedere; q. tamen cum puberem jam factum capi possibile fuit, id sufficit,  
 ut fingere Lex Cornelia possit eum, quamvis adhuc impubez revera captum, jam puberem captum fuisse,  
 et Captivitate instanti decedere; q. fictio omni potest esse de possibili, licet sit de falso, ut si impube-  
 ru capti, et apud hostes puberem jam facti decedenti hereditariam eadem caa constituantur, quae foret, si  
 nunquam captus in Civitate decederet. Nec magis obstat paritas deducta ex d. l. 28. Ver. quare etiam  
 h. tit. Nam ubi impubes filius vivo patre captus post ejus mortem apud hostes decedit, pupillari firmari  
 n. potest substitutio, q. si veritatem attendimus, servus horum revera decedit, si fictionem spectamus, Captivita-  
 ti instanti, et sic filius fam. fingitur decedere. Si dicas: Cur q. Lex Cornelia n. fingit eum Captivitate ins-  
 tanti morte patris sui Iuri effectus decedere, quem admodum et diximus eum, qui impubes revera captus  
 pube jam factus apud hostes decedit, ipso Captivitate instanti puberem jam factum decedere fingi.  
 Resp. q. cum fictione eatenus Ius admittat, quatenus necessitas exigit, ut cum Ant. Patro docet Valen-  
 tia. 3. illius tract. h. cap. ubi impubes captus post puberem aetatem impletam apud hostes decedit, id eo cap-  
 tivitate instanti pube jam factus fingitur decedere, q. alioquin Iura Iuri Regulae jam puberem deceden-  
 ti pupillari substitutione succederet, cuius absurdum vitandi necessitas superiorum fictionum extorret; at  
 ubi supervivente patre captus post ejus obitum apud hostes decedit, quamvis fingi poterit ipso Captivitate  
 instanti morte patris sui Iuri effectus decedere, id eo tamen huiusmodi fictionem Ius n. admittit, quia  
 ejus inducenda nulla e. necessitas, cum nullum exes sequatur absurdum, q. ex eo, q. Captivitate ins-  
 tanti, et sic filius fam. decedere credatur, nec testamentarium, nec legitimum heredes possit relinquere.

N. 12.

Constat ex his, pupillari substitutionem extingui, si impu-  
 bes filius, vel supervivente adhuc parente, vel post ejus obitum in aliena potestate pervenerit, vel vivo  
 patre sui Iuri effectus sit. Sed q. evenire facile potest, ut emanu pube per adoptionem in  
 patriam potestatem redigatur. iuxta ex. in l. Qui liberatus. 12. de adoptione et ut impubes post patris  
 obitum adoptatus per emancipationem, aut mortem adoptatoris sui Iuri iterum efficiatur, quare  
 solet, an huius casibus extincta pupillari substitutio convalescat? In qua re civile Ius a Praetore  
 separandum omnino e; Civile etenim Ius, quemadmodum et inuaz activaz testamenti factionem in quali-  
 ter testatone desiderat, adeo ut medij temporis inhabilitas irritum testamentum faciat, sic et in pu-  
 pillo, cuius testamentum pupillari e. substitutio, medij etiam temporis habilitatez exponit; Praeto-  
 rium autem Ius, sicuti ut secundum tab. bonorum ponit indulget, activam testamenti factio-  
 nez, testamenti solum, et mortis tempore requirit, nec de medij temporis curat habilitate. l. 1. S.  
 Exigit. 8. de Bonor. possen. sec. tab. S. Non tamen per omnia. 6. Inst. quib. mod. retam. infirm. Sic nec in  
 pupillo medij temporis habilitatem requirit, adeo ut pupillari substituto secundum tab. bonorum  
 ponit indulget, licet itaque superioribus in casibus extincta semel pupillari substitutio con-  
 valescere civile Iure n. possit, ex praetoria tamen Aequitate valeat, et quamvis factum a pubere  
 patre fam. testamentum per ejus adoptionem irritum factum, siquidem testator sui Iuri jam  
 factus decederit, ita demum praetorio Iure cum effectu valeat, si testator ipse novo aliquo iudicio  
 suam voluntatem firmaverit. l. Qui ex liberis. 11. S. Vlt. de Bon. possen. sec. tab. ad hoc tamen ut pupilla-  
 ri substitutio per impubez adoptionem extincta, ex eo q. impubes sui Iuri factus decederit, cum  
 effectu praetorio Iure valeat, novo aliquo iudicio opus n. e; pupillari etenim substitutio, dum per  
 impubez adoptionem extinguita, non tam pupilli iudicio, quam nullum e. S. Praeterea. 1. Inst. quib.  
 n. e. permiss. fac. test. quam sola Iuri necessitate extingui dici potest; Istat autem, q. ubi per invo-  
 luntariam aliquam capti diminutionem irritum testamentum constituita, siquidem testator duplici  
 tempore



tempore, testamenti scilicet, et mortis activam testamenti facionem habuerit, abique ulla suprema voluntarii confirmatione cum effectu Prætorio Iure Invaluit. d. l. h. d. de Bonor. possen. sec. tab. et ad rem docent Petr. Barba. in d. l. to. 5. In adrogato. b. h. tit. ex num. 5. et idem in effectu sententiæ Pichard. in Rubr. Inr. de Adoption. ex n. 29. Vno tamen casu tam civili, quàm Prætorio Iure pupillari Inr. substitutio, si scilicet impuber. filius ab hostibus vivo patre captus postliminio redierit, et post patris obitum in Civitate decederit; tum q. per postliminij fictionem nunquam apud hostes, et semper in Civitate fuisse creditus, Veroque Iure pupillari Inr. substitutio, qua per captivitatem n. tam abrumpi, quam suspendi dici potuit. Ex reg. in l. b. d. quatenus. 12. de Injur. Ruz. et in d. vlt. Inr. quib. n. e. per am. fac. test. junctis quæ tradit D. Retti d. lib. 6. opus. cap. 8. ex n. 11.

N. 13.

Quartus modus, quo pupillari evanescit substitutio, e. si impuber. filius turbato mortalitatis ordine ante patrem decederit, tunc duplici expedita ratione pupillari extinguatur substitutio, et q. impuber. filius fam. decedit, et q. eo tempore decedit, quo n. dum firmati suspensum adhuc parentis tabulæ firmari secundæ tabulæ non potuerunt. Ad quam Iuris partem spectat difficilis Papin. decisio in l. Quod si filius. 11. in p. de Captiv. ubi cum pater ab hostibus captus fuisset, impuber. filius, qui in Civitate manebat, prior decedit, et mox pater apud hostes diem suum obiit, Respondit Consul, nihil esse, q. de secundæ tabulæ tractari possit, id e. nullo unquam casu pupillares substitutiones Inr.tere, sive q. vivo patre filius fam. decedisse intelligitur, sive q. n. reverso eo exinde sui Iuris filius fuisse videtur, ex quo pater in hostium potestate pervenit, qua difficilis sanè ratio explicanda n. e. Vbi post patrem apud hostes decedentem impuber. filius in Civitate decedit, an pupillares tabulæ firmarentur, inter Consultos fuit controversia, quidam existimant, iuxta secundæ tabulæ firmari, q. filius vivente patre sui Iuris factus intelligitur, ex quo pater in hostium potestate pervenit; alij vero, quorum ss. ut Veronæ Papin. an. firmavit in t. u. quem jam supra num. 3. explicavimus, in d. l. to. in p. de Captiv. propter legis Cornelie fictionem Prætorium consueverunt. Nunc autem in d. l. h. in p. eod. tit. ubi post patrem ab hostibus captum prius in Civitate filius decedit, mox pater apud hostes, ut in utriusque Scholæ ss. indubitati evanescere pupillares substitutiones demonstrat, Veriusque rationibus utitur. 1. Verissima, et subtilissima illa e. filius, qui patre apud hostes adhuc supervivente vita decedit, n. dum in plenâ patria potestate liberatus, et sic filius fam. mori intelligitur d. l. penult. de iur. et legit. q. testamentarius hæredes, quali pupillari e. substitutus, velinquere n. potest, præcipue cum eo tempore decederit, quo n. dum firmato patris testam. q. n. nisi post naturalem ejus mortem firmata. l. 4. C. de Postlim. Revers. firmari secundæ tabulæ n. potuerunt. 2. Ratio, quam Papin. in d. l. to. in p. falsam esse docuerat, et in præsentia in id solum adducit, ut in huiusmodi quæst. n. diuinitate Consultos ostenderet, ex Prætoris Scholæ auctoribus sic procedit, Vbi pater apud hostes decedit, filius exinde sui Iuris fuisse videtur, ex quo pater in hostium potestate pervenit, et sic n. per naturalem patris mortem, sed per ejus captivitatem patria potestate fuit liberatus: q. iuxta Veriusque Scholæ principia iuxta pupillari fuit substitutio, ut feliciter Papin. explicuit D. Retti d. lib. 6. opus. cap. 15. n. 8. Varijs inter prætoribus, et explicationibus omnibus, quas excogitarunt præter Antiquiores Cuius. lib. 34. quart. Papin. in d. l. h. Barba. in d. l. 28. h. tit. n. 11. Faber. to. Conject. cap. 6. Pichard. in lectur. ad num. tit. cap. vlt. per tot. Valentia. illustra. tract. 3. cap. 9. ex n. 14. Amaya. 2. observ. cap. 2. ex n. 24. Cherius. 2. interpret. cap. 45.

per totum = Illud tamen adversus sic intellectam Papin. ss. illud occurrit, q. dum apud hostes Patrem decedit, per fictionem legis Cornelie ipso Captivitate instanti creditur decedisse: q. impuber. filius, qui post captivitatem decedit, necessario post patrem decedisse intelligitur, et ex patris mortis tempore, q. cum Captivitate instanti Inr. guntur, sui Iuris factus retro creditur, ac per frequens debent 2. tabulæ firmari. Annuntius ex eo firmatus, q. filius, qui post patrem ab hostibus captus in Civitate decedit, si postea apud hostes pater moriatur, pater fam. creditur decedisse, et legitimum

N. 14.



heredem relinquit. d. l. penult. de Susi, et legit. l. 1. §. ad Tertull. l. Proponeretur. In p. de Car-  
 tzen. peculio. §. ex eadem ratio in eisdem terminis impuberi filius potest testamentarius heredem,  
 qualiter pupillari substitutus relinqueret. Cui difficultati respondendum est, quod ubi post patrem ab hostibus  
 captum prior filius in Civitate decedit, pupillari, quae pendebat antea substitutio, statim extingui-  
 tur, cum impubes nondum in plenum patria potestate liberatur, aut potius incerti status decedens  
 testamentarius heredes relinqueret non potuerit, et cum eo tempore decederet, quo supervivente adhuc  
 patri apud hostes firmari tabula non potuerunt: Extincta igitur durante captivitate pupillari  
 substitutio firmari postea per fictionem legis Corneliae non debet, quae ad instantiam postliminij fictionis  
 circa ea dumtaxat operatur, quae in suspensio fuerunt durante captivitate, non circa ea, quae vel  
 ex captivitate instanti, vel in ipsa captivitate fuerunt extincta, ut docent Faber, Valentia, et Ama-  
 ya in anteriori num. sine laudari, quidquid dicit Retei d. lib. 6. cap. 15. n. 1. Nec adversum, sed di-  
 versum est, quod filius, qui post patrem ab hostibus captus in Civitate decedit, si apud hostes postea pater  
 moriatur, legitimus heredes relinquit ex supra dictis Iuribus; nam ad hoc ut quis post legitemus  
 heredes relinqueret, nulla propriae status certitudo requiritur, sed sufficit, quod patrem reversa de-  
 cederet, aut ex post facto decensse credatur, ut dicitur Goffred. in l. Si pater 29. h. tit. n. 24.

N. 15.

Ex iisdem principiis intelligendum est, in d. l. Si  
 pater 29. h. tit. ubi si prior pater, deinde filius in hostium potestate pervenerint, et prius apud hos-  
 tes pater decederet, si quidem postea filius postliminij reversus impuberi in Civitate decedat, pupilla-  
 res tabula firmantur; quod cum per postliminij fictionem filius in captivitate nunquam fuisse credatur,  
 perinde dicitur substitutio, ac si ambo, pater scilicet, et filius in Civitate decederent; aut post patrem  
 apud hostes mortuum, filius in captivitate decederet, legem Corneliae ad pupillarem substitutionem  
 non pertinere Respondit Scaevola, quod licet per fictionem legis Corneliae ambo captivitate instanti deca-  
 dere fingantur, et sic filius post patrem captus posterior decensse intelligatur, quo casu iuxta 28.  
 si creditur decensse, supervivente adhuc patre apud hostes decensse intelligitur, quo casu iuxta 28.  
 tabula firmatur, nec per legem Corneliae firmantur. d. l. 11. in p. de Captiv. docet Goffred. in d. l. 29.  
 h. tit. n. 13. Hoc ipsum sentit Papin., qui cum Scaevola sine pace pugnantem vulgo creditur in d. l. 11. §. 1.  
 de Captiv. ubi si ambo ab hostibus capti sint, et prior pater decedat, legem Corneliae substituto  
 sufficere respondet, non aliter, quam si apud hostes pater defuncto postea filius in Civitate decederet.  
 Quibus Verbis, nisi cavillemur, idem, quod Scaevola sentit, Papin. non aliter scilicet, aut quod idem est,  
 non aliter legem Corneliae substituto sufficere, quam si post patrem apud hostes mortuum reversus fi-  
 lius in Civitate decederet: §. si ambo in captivitate decederint, quamvis prius pater diebus suum  
 obiisset, tam ex Papin. quam ex Scaevola §. iuxta pupillari fit substitutio, prout Papin. accepit  
 Goffred. in d. l. 29. n. 20. quam interpretationem immutato casu Amaya d. lib. 2. cap. 2. n. 55. cum seq.  
 Cui ex dictis occurrere quilibet poterit, ut sic opus non sit emendare. Fabri d. lib. 10. cap. 7. quem  
 sequuntur Pichard. et Valentia ab Amaya ubi nuper num. 54. Relati, aut alij in interpretationibus,  
 quas tentant potius, quam firmantur Chenus d. lib. 2. cap. 46. per tot. et D. Retei d. lib. 6. cap. 15.  
 n. 11. cui novissime subicitur Oscenii Academia eruditissimi Primarius D. D. Iosephus Mar-  
 tinez del Villax in accurata Vexi dixerat. de Pupill. substit. quae diebus haec ex ejus jure ad  
 manus nostras pervenit, cap. 1. §. 3. ex num. 54. qui num. 34. cum 2. seqq. cum Fabio d. lib. 11. cap. 7. Rec-  
 te animadvertit, quod etiam pater, et filius simul ab hostibus capti fuerint, et in captivitate decederint,  
 iuxta pupillari fiet substitutio, idemque Iuris esset, et si simul eodem subito casu apud hostes  
 interissent, §. et si ambo simul eodem casu in Civitate decederint, evanesceret substitutio, ut tra-  
 dit Costa in §. Cum in bello. Verbo Patrem prius mortuum. n. 5. Tum quod impuberi filius cum patre  
 simul decedens prior decensse praesumitur. l. Qui duos. §. 5. Vlt. in fin. de Reb. dubi. Tum quod et si uno,  
 eodemque instanti ambo praesumerentur decensse, non eo magis pupillari dicitur substitutio, ut  
 omnes illae dispositiones, quae non aliter dicitur, quam si alter alteri superviverit, amobus simul



Decedentibus evanescunt. l. Quod de panice. 16. in pr. et St. cum 2. legib. seq. de Reb. dub. juncto D. Reti. J. opus. cap. 5. ex n. 29.

Num. 16.

Quintus extinguenda pupillari substitutioni modus ille est, si pupillari substitutus ante impuberis filium deceat; quippe cum pupillari substitutioni Ius superante adhuc pupillo, aut post ejus mortem ad heredem transmitti ante aditum hereditatem non possit. l. Sed si plures. to. in pr. juncti l. Qui plures. 23. l. Lucius. 45. §. 1. h. tit. l. Torii. 84. de acq. hered. per substitutionem mortem ante impuberis obitum contingente extinguere necesse est. Hinc referendus est. in l. Qui habebat. 4. h. tit. ubi qui filius, et filiarum impuberis in potestate habebat, filiarum heredes instituit, filiam exheredavit, et si filius intra pubertatem decederet, ei exheredatarum filiarum substituit; si vero, si antequam nubere, id est, si antequam ad nubilem aetatem perveniret, obijisset, uxorem, et sororem suam pupillariter substituit, et cum impuberis filia (sic Florentina lectio habet, quam vulgarem praeferenda) merito omnes fecerit DD. contendunt) prior decederet, deinde frater ejus impuberis, quarebatur, an filii hereditas ad uxorem, et sororem testatoris Iure substitutionis pertineret? Et respondit Scarola secundum ea, quae proponerentur, impuberis filii hereditatem ad Iure substitutionis non pertinere; quod cum exheredata filia fratri suo pupillariter substituta eo adhuc vivente deceat, pupillaris substitutionis Ius transmittere ad uxorem, et sororem testatoris sibi pupillariter substitutas non potuit; unde si prior frater impuberis decederet, filia ei Iure substitutionis heredi existeret, et in ejus potestate impuberis decedentis hereditate fratris etiam hereditatem uxoris, et sororis testatoris pupillariter substituta inveniret; ac quod impuberis filia prior decedere proponebatur, nec transmissionis, ut jam vidimus, nec magis proprio Iure uxoris, et sororis testatoris succedere ex causa substitutionis potuerunt; Quod enim dicitur substitutionis substitutus etiam instituto substitutus intelligi, et si ante, si post institutum prior substitutus defecerit, 2. substituto locum esse. l. Si Titius. 27. l. Coheredi. 4. in pr. h. tit. l. Quando. 69. Veri. I. autem de acq. hered. §. Sed si instituto. 3. Instit. de Vulgari; in Vulgari duntaxat, non etiam in pupillari substitutus procedit ex traditi a Duarino in paraphrasi ad num. tit. cap. 16. in fin. Ex quibus inferunt, quod et in pupillari substitutus talis sit, qui adveniente substitutionis casu pupillo necessarii heredi existeret, veluti si impuberis frater in eadem potestate constitutus fuerit; si tamen ambo eodem casu fataliter interierint, pupillari extinguenda substitutio. Expresius tamen in l. Sed in illo. 18. de Reb. dub. §. cum ambo eodem temporis instanti decedere praesumantur, nec alter alteri supervivisse credatur, finire pupillari non potest substitutio, quae non alteri exitum sortitur, quam si impuberis substitutus superviveret, ex his, quae in fine superioris num. dicitur.

17.

 ac si n. simul, sed ordine fratres decederint, nec hereditatis, nec legatorum contributioni locus est,  
 ac quamvis in novissimo decedenti hereditate ejus etiam, qui prior decedit, hereditatis sub  
 titutus inveniat, si tamen dimidia paterna hereditatis parti, que ad novissimum decedentem  
 pervenit, legati tam in 2<sup>o</sup>, quam in 1<sup>o</sup> tabuli relicti sit onerata, ex ea sexcentiam, qua semi  
 ni est quadrans, ex lege Falcidia retinebit, nec ratio ulla habebitur ejus patrimonii bonorum  
 portionis, in qua novissimus ab intestato prior successit, neque qua n. ex dispositivo parentis judi  
 cio, sed ex legis potentate ad novissimum, et per mediam ejus portionem ad substitutum pervenit.  
 l. Qui duos. ff. de h. tit. d. l. 5. Ut ad leg. Falcid. Si vero de legato ab impubere, qui prior de  
 cedit, aut in 1<sup>o</sup>, aut in 2<sup>o</sup> tabuli relicti quassatur, expeditum est, q. 1<sup>o</sup> tabuli relicta debere  
 ipse capere, que a fratre, qui ipse ab intestato successit, tanquam a alienum debent, 2<sup>o</sup> autem  
 tabuli ab ejus substituto in casum, in quo ipse novissimus decederet, relicta iuxta in ejus perso  
 na 2<sup>o</sup> tabuli facti in necessitatem consequentiam evanescunt. d. l. 42. Veri. Legata. h. tit. docent  
 Reter d. lib. 7. cap. 5. n. 22. cum seq. et Carvalho d. 3<sup>a</sup>. p. n. 103. cum 5. seqq.

Sequitur jam, ut videamus, an, et quodam modo pa  
 rentis iudicio per contra tabulas bonorum possessionis exercitio, in primis, aut in secundis ta  
 bulis relicta legata substitutus praterire teneatur. Et quidem si eo testamento, quo im  
 puberi filio pupillariter parenti substituit, emancipatus alter filius prateritus invenia  
 tur, sive emancipatus ipse, sive impuberi institutus commissio per fratrem edicto contra tabulas  
 bonorum possit. agnoverit, quia civili etiam iure pupillari coniventur tabule ex dictis  
 anteriori cap. num. 18. et 22. in eis relicta legata non modo exceptis personis, sed et extra  
 neis quibuslibet habita ratione legi Falcidia substitutus praterire teneatur. l. Ex duobus. ff.  
 de h. tit. d. l. filium. 5. in prin. Veri. Si vero a substituto. de legato prater. ita tamen ut si  
 per contra tabulas bonorum possit. plus adeptus fuerit impuberi, veluti si ex incia fuerit institutus,  
 qua per bonorum possessionis beneficium exercit in seminem, non pro incia, sed pro semini  
 modo ad inveniendam falcidiam rationem a substituto legata praterentur, et similiter, si ex eo,  
 q. pupillus a se relicta legata iuxta Pratorii edictum, de quo in l. 4. et per tot. tit. de legat.  
 prater. n. omnibus, sed exceptis dumtaxat personis praterentur, portio, ex qua fuit institu  
 tus, aucta fuerit, pro augmenti etiam modo falcidiam substitutus deducet. l. Et si 2<sup>o</sup> tabu  
 lai. 35. hoc tit. d. l. Ab exheredari. ff. de h. tit. in prin. Veri. Sed si committenti de leg. 1. d. l. 5. 5. 4. de  
 leg. prater. Nam et impuberi ipse pro augmenti etiam modo exceptis personis legata debent.  
 d. l. 35. h. tit. d. l. 5. 5. Si legata. 5. iuxta Veriorem affirmativam Florentinam lectionem, et  
 5. Ut de legato prater. ut solide fundat Carvalho d. 3<sup>a</sup>. p. n. 45. cum 4. seqq. Et e converso si prop  
 ter contra tabulas bonorum possit. minus ad impuberem filium pervenerit, veluti si ex aucta  
 fuerit



fuit institutus, quo casu emancipatus frater praeteritus hereditatis seminem ei auferat, pro  
 ejus dumtaxat modo, q. ad impubem pervenerit, in incenda Paludis Natione a se relicta  
 legata substitutus praestabit, ut sic eadem diminutioni, et augmenti sit Ratio d. l. 35. Ver. Huius  
 consequens. h. tit. Nec obstat, quod huius casibus augmentum non ex parentis iudicio, sed per  
 bonorum possessionis beneficium ad impubem filium pervenerit; Nam respondeo, quod licet  
 impuberi contra parentis iudicium augmentum lucretus, substitutus tamen iuxta parentis  
 iudicium Universam pupilli hereditatem consequitur, et augmentum ex parentis boni hære-  
 ditatio Iure percipit, q. efficit, ut pro augmenti etiam modo à se relicta legata praestare  
 teneatur, ut considerat Carvalho d. 3. p. num. 6. cum 2. seqq. Nec magis obstat, q. ex hereditati sub-  
 titutus pro ejus modo, quod ex paterna hereditate circa parentis dispositivus iudicium ad  
 impubem pervenerit, legatorum, aut fideicommissorum praestationi n. adstringatur. d. l. 8. §. qui  
 filio. Ver. Dicit aliqui ad legem Palud. iuncti qua dicitur num. 3. q. in exempli in eo  
 textu adducti paterna hereditas proprium heredi patrimonium effecta ex ejus iudicio  
 ad impubem pervenisse proponitur; at in presenti augmentum, q. per bonorum possessionis be-  
 neficium ad impubem pervenit, ex paterna hereditate descendit, et ex parentis iudicio à sub-  
 tituto hereditatio Iure percipitur =

N. At et N. 2.

Si autem de legatis in primis tabula à pupillo relicta à sub-  
 tituto praestandi quaeratur, siquidem emancipato filio praeterito ex minori parte, quam semine  
 institutus fuerit impuberi (in his quaestionibus institutus praeteritus n. praeteritus impuberi ponendus  
 est, alioquin inutiliter secunda tabula forent ex dicitur. 2. cap. num. 12. nec praeteritus filius po-  
 sset legatus, aut fideicommissi onerari. l. 2. de leg. 3. §. alieno. 3. §. Si pariter. 3. de fideicommissi li-  
 berat. l. Cum quidam. 3. C. de fideicommissi) et commissio per fratrem edicto seminem fuerit adeptus  
 tui, quamvis excepti dumtaxat portioni iuxta Praetorium Edictum de Legatis praest. pro modo  
 semini legata praestare teneatur, eo tamen impubere mortuo substitutus; Ex ea quidem parte,  
 ex qua filius à patre fuit institutus, omnibus etiam extraneis, ex semine Verò excepti solum  
 portioni legata praestare compellitur. l. 5. §. Si filius. 2. de leg. 3. Sed dicitur: Primis tabulae  
 relicta legata n. ex propria, sed ex pupilli persona tanquam & alienum debet substitutus, qui  
 nec in plus, quam pupillus potest onerari. d. l. 4. §. 5. d. l. 8. §. 2. in fine. ad leg. Palud. sed pupillus  
 in proposito, nec ex ea quidem parte, ex qua à patre fuit institutus, extranei portioni legata  
 praestat: q. nec ejus substitutus. ex Vulgari regula ed. in l. 2. §. 2. in prin. de Verb. Oblig. Respondeo,  
 q. ideo pupillus in presenti excepti solum portioni legata praestat, quia integrum seminem con-  
 tra parentis iudicium per solum bonorum possessionis beneficium acquirit; at substitutus eam  
 partem, ex qua impuberi fuit institutus, ex parentis iudicio nanciscitur, et pro ejus modo omni-  
 bus etiam extranei ideo legata praestat. Quod quidem ita procedit, si per bonorum possessionis be-  
 neficium majorem hereditatis partem, quam ex qua fuit institutus, impuberi fuerit adeptus;  
 at ex contrario si propter bonorum possessionem fuerit minorem partem consecutus, Veluti si ex  
 aere, vel majori parte, quam semine fuerit institutus, substitutus pro ejus modo, quod ad im-  
 puberem pervenerit, ad ejus instar exceptis dumtaxat portionis legata praestare tenebitur.  
 Ed. sic intelligendi in d. l. 5. §. 5. de leg. 3. d. l. 5. in prin. Ver. Et siquidem de legatis praest.  
 deficit etenim augmenti ratio, qua praetoriam aequitatem inducit, ut in contrario casu  
 pro ejus modo, quod ex testatoris iudicio ad ipsum perveniret, omnibus etiam extraneis  
 legata praestare substitutus teneatur. Unde si per bonorum possessionem pupilli portio nec  
 augetur, nec diminuitur, Veluti si ex semine institutus fuerit impuberi, pro semini modo  
 non extranei, sed excepti solum personis substitutus legata praestabit. Tradunt omnia  
 Cujacii emendatione D. Retes sub lib. 3. opusculi. ad lib. singulae quaest. Scævola in d.  
 l. 5. §. 2. et 3. de legatis. 3. et Carvalho de una, et altera quarta. dicit. 3. parte ex num. 50 =  
 Haberi jam (sectatores nobilissimi) integrum de Pupillari Substitutis tractatum, si non



feliciter evenit, summi certe Vigilij elaboratum. Quaecunque Consultorum testimonia, et  
Imperatorum placita ad rem spectare comperui, aequali  
diligentia collegi, ex eis plurima proprijs obier-  
Nationibus illustravi. Utinam in Dei  
laudem, et Vestram Virtutem =

Finis coronat opus hujus tractatus



# Academica disputatio de falsis Demonstrationibus, et causis legato adjectis, vel institutionibus. Et ad titulum Cod. de falsa causa adjecta legato, vel fideicommisso.

## Caput I<sup>um</sup> De falsis Demonstrationibus.

Siue testator heredem instituat, siue alicui quis leget personam heredem, aut legata-  
rii, et rem legatam demonstrare oportet, ut certo appareat, quæ ille senserit, et de qua re  
senserit. Demonstrantur enim tam res, quam personæ citra controversiam suo nomine; Ceter-  
um et alijs signis demonstrari possunt, quæ propriè demonstrationi appellationeprehendun-  
tur = Demonstratio nihil aliud est, quam adjectio nominis extra nomen personæ, aut rei  
designanda causa adhibita, ut ait Donell. lib. 8. Comment. cap. 14. Unde plerumque vice no-  
mini fungi dicitur, q<sup>d</sup> tantundem præstat. l. 6. de Ver. cred. l. 6. prope finem ff. de Rei Vindic.  
l. Nominatim. 34. ff. de Cond. et Dem. quapropter demonstratione frante perinde institutio-  
nem, et legatum consistere certum est, ac si proprium nomen esset expressum. l. 9. §. 8. l. 76. l. 77. ff.  
de Hæred. instit. l. Institutio talis. 10. Vers. Proinde. ff. de Condit. institut. Cui et aliud conse-  
quens est, ut si falsum nomen adjectum sit, errante in nomine testatore, nihilominus insti-  
tutio, et legatum valeat, quasi nomen omnino adjectum non esset, dummodo certum sit demo-  
stratione testatori, de quo ille senserit, et quam rem legaverit. l. Qui habeat. 28. in fine.  
ff. de Reb. dub. l. 8. §. 2. de Bonor. possen. secund. tab. l. 1. ff. de leg. 1. l. Si in nomine. 1. C. de  
Testam. §. Si quidem in nomine. 29. Inst. de Leg. arg. ex. in l. 32. de Ver. Oblig. l. In vendi-  
tionibus. §. Si in nomine. 1. ff. de Contrah. empt. Pariter et illud infertur, scilicet q<sup>d</sup> vel  
in persona legatarii, vel re legata demonstranda testator erraverit, tamen perinde legatum  
valeat, ac si nullus error interveniret, dummodo vel ex nomine, vel aliunde constet, cui  
legare, aut quam rem testator legare voluerit. =

Num. 1.

Ex quo principio sequens Iuris Regula  
fluit: Falsa demonstratio legatum non perimit, si aliunde de persona legatarii, et de  
re legata constet. text. in l. 48. §. Si in parte. Vlt. de hæred. instit. l. 75. §. Si mihi. ff. de  
leg. 1. l. Lucius. 88. §. Quisquis. 10. de leg. 2. l. 35. §. et l. 93. §. l. 102. l. 113. l. 8. l. Cum scrip-  
tum. 6. ff. de Dote præleg. l. 10. ff. de auro, et arg. leg. l. 25. et 28. §. fin. et anteced. de Liber.  
leg. l. 28. de Reb. dub. l. 1. in prin. et in §. Igitur. l. 33. et 34. l. 72. §. fin. de Cond. et Dem.  
l. 6. de Manum. testam. l. 2. et 3. et Vlt. C. eod. l. fideicommisso §. Hanc proxima. 30. Inst. de  
Legatis. Ex Iure Regio sunt ex. in l. 19. et 20. tit. 9. part. 6. Ejus ratio ex dictis provenit;  
Nam cum demonstratio solum personæ, vel rei designanda causa dicatur, si aliunde  
de persona, vel de re legata constat, in super habetur ut pote superflua, eoque Vlpianus  
in d. l. 1. §. Si quis uxori. ff. de Dote præleg. ibi. Nam quidquid demonstrata rei adicitur  
satis demonstrati fructus est; Superflua enim adjectio non tollit legatum, sicut nec alia  
quamlibet scripturam obtrahere. l. 12. §. penult. ff. de fundo insti. l. 26. §. 1. in fin. de adm.  
leg. l. Quæ extrinsecu. 65. de V. O. l. 32. §. Labeo. 6. ff. de auro, et arg. leg. l. 81. et 94. de  
Reg. Iuris =

N. 2.

Diximus, falsam demonstrationem legatum non vitare; Verum non absolute

N. 3.



hanc Regulam intelligendam, sed ita demum, si aliunde de persona legatarij, et de re legata constet. Quod ut plenius percipiatur, sciendum est, duplicem esse demonstrationem, superfluum unam, necessariam alteram. Superflua illam demonstrationem dicimus, qua rei, vel persona jam satis designata demonstranda gratia adhibetur; Quae ideo superflua dicitur, quia ea insuperhabita de persona legatarij, et de re legata constat, exempli gratia, Demonstratio subjecta rei, vel personae nomine suo designata superflua est, veluti si testator dicat: Caio Sejana domus Domini centum do, lego. Vel ita: Stichum, servum meum Vernam Manio do, lego, aut Stichum, quem a Caio emi; Cum enim constet de persona, et de re legata ob propriis nominibus expressiones adjectio sequens, quae demonstratio est, utpote supervacua adjecta superflua recte dicitur. Necessariam illam demonstrationem dicimus, quae personae, vel rei alias non designata demonstranda causa adhibetur, quae necessaria ideo dicitur, quod absque ea de persona, et de re legata non constat, V.g. Si testator dicat: Ex cognatis meis Si quis filiam meam uxorem duxerit, ei haeres meus centum dato, Vel si is, qui nullos fundos habebat, ita legaverit: Fundum, quem Manius possidet, Sempronio do, lego; cum enim nec de persona, vel de re legata constet ob proprium nomen demonstratio designationis causa apponita necessaria est: Regula igitur notitia de superflua, et supervacua demonstratione accipienda est, quae et si falsa sit, legatum non evadit, non vero de necessaria demonstratione, cuius falsitas redit inutile legatum; quippe cum absque ejus verificata non apparet cui, aut quam rem testator legaverit, conditionale redit legatum, quod vel ex ejus veritate consistit, vel ex falsitate evanescit; Unde necessariam demonstrationem soleo appellare demonstrationem conditionalem, et conditionem demonstrativam. Quae doctrina auctoribus illis expendendis roboratur, et menti est tenenda pro tractatus nostri non minoris parvi intellectu.

N. 4.

Agnoverunt haec duas demonstrationes species, et inter eas tradunt discrimen Consulti in d. l. Demonstratio. v. in prin. et 5. l. et l. 4. §. 4. ff. de Cond. et Dem. et in 5. l. et vlt. de haered. insti. l. 35. §. 4. et 2. de leg. 3. l. 8. et 16. de Dote praef. et Imperator in d. 5. 30. de Legatis. Quibus omnibus, et alijs pluribus similibus docemur, ita demum falsam demonstrationem legatum non vitare, si de persona, et de re constat: 1. supponendum est, aliquando insuperhabita demonstratione de persona, et de re constare, aliquando vero non, et 1. casu falsam demonstrationem non vitare legatum, 2. vero vitare, expressius id traditur in l. Nominatim. 34. de Cond. et Dem. ubi de Demonstratione loquens Florentinus sic concludit; Nec interest falsa, an vera sit, si certum sit, quod testator demonstravit: 1. si alias non constat, de quo senserit testator, multum interest falsa, an vera sit demonstratio, ut si vera sit, legatum consistat, si falsa, corrumpat. Ex quo probatur, necessariam demonstrationem conditionalem reddere legatum. Ulterius, cum conditio vel ad praesens, vel praeteritum, aut futurum tempus referatur, et ea, quae ad praesens, vel praeteritum tempus referuntur, aut statim inferunt legatum, aut omnino non differant. l. Cum ad praesens. 37. ff. de Ver. cred. l. Cum in d. 16. ff. de Injust. rupt. irrit. l. 100. de Ver. Oblig. §. Conditiones. penult. Inst. eodem; ea vero, quae in futurum referuntur, legatum suspendunt, et differunt. §. Sub condit. 4. Inst. de V. O. idem de Natura demonstrationis dicendum est; ea vero, quae praesens, vel praeteritum tempus concernit, legatum non suspendit, sed illico utile, aut inutile reddit, quae vero in futurum concipiuntur, omnino legatum demorat, vique dum existat, vel deficiat, idque sibi credo voluisse Florentinum in d. l. 34. §. 4. ff. de Cond. et Dem. ibi: Inter demonstrationes, et conditiones hoc interest, quod demonstratio plerumque factam rem ostendit, conditio futuram; 1. sentit Florentinus demonstrationem quandoque faciendam non ostendere, et in futurum referri =



tempus collata conditionale efficitur legatum, et illud, si falsa sit, veritas. Fuit enim, referendo totum à nullo ex his, quos viderimus, ad rem expensis in l. Quoties. 9. §. Si quis ita dixerit. To. et S. Planè. l. Titius. 24. cum duobus regg. ff. de hær. in iust. l. 8. in fine princip. et S. ff. de Vulg. et Pupill. l. Vtra ex fratribus. 23. l. Qui ex fratribus. 24. ff. de Cond. in iust. l. Aquinim. 2. §. Si quis ita instituerit. 6. de Bonor. pœn. secund. tab. l. Si servus. to. 8. §. In iurmodi. 3. de leg. 1. l. Si tibi. to. de leg. 3. l. Qui plures. 18. de Vnif. leg. l. Th. de Vel. dub. §. Incertus. 25. In iust. de Legatis. Veri. Sub certa Veri demonstrat<sup>e</sup>; at ei legatum relinquere, demonstratio in futurum tempus collata conditiones imponit institutionibus, et legato; q<sup>o</sup> abique ejus Verificatione n<sup>o</sup> apparet, cui legatum datum intelligatur. Nec quemquam turbet, q<sup>o</sup> eo modo concepta institutio n<sup>o</sup> absolute, et Veri conditionalis, sed quasi conditionalis dicatur in d. l. 9. §. ff. de hær. in iust. Nam præterquam q<sup>o</sup> in alijs Relati Iuribus conditionalis simplicitate dicitur, ut in l. 23. et 24. ff. de Cond. in iust. et l. Th. de Vel. dub. l. 12. §. 6. de Bonor. pœn. secund. tab. dicitur Quasi in eadem n<sup>o</sup> improprietas, sed Veritatem exprimit, ut probat nota Richardi in Rubric. de Action. n<sup>o</sup> 23. Idque sensive Vlp<sup>m</sup>. dicit. §. suadet contextus. Nec minus negotium facit, q<sup>o</sup> eo modo relicto legatum conjunctum in d. §. 25. sub certa demonstrat<sup>e</sup> ratum dicat; Nam licet demonstratio pendeat ex factibili, et contingenti Eventu, tamen certa jam ab initio dicitur, q<sup>o</sup> n<sup>o</sup> immerito vagatur, sed certo personarum ordine, aut n<sup>o</sup> constringitur ad differentiam ejus demonstrationi, quæ incerta personæ ex incerti adjicitur =

Opponunt t<sup>o</sup> in l. Unum ex familia. 67. §. Ropo. 7. de leg. 2. l. Cum quidam. 24. l. Cum pater. 77. §. 4. eod. tit. l. Si qui plures. 94. de leg. 3. l. Si quis Titio. 17. §. Si hæres. 1. de leg. 2. l. 24. §. Vlt. de statu lib. ubi si legatum relinquatur uni ex liberis cognatis, vel liberis, cui hæres velit, vel si hæres rogatus sit fideicommissum Universale, vel particulare restituere uni ex liberis, cui voluerit, si hæres nullo electo decedat, omnes admittuntur. Et tunc sic argui potest, En ubi legatum, aut fideicommissum relicto fuit sub necessaria demonstrat<sup>e</sup>, sub qua n<sup>o</sup> apparet cui datum sit; et tamen licet demonstrationi eventus deficiat, consistit q<sup>o</sup> falsa demonstratio, quamvis necessaria legatum n<sup>o</sup> veritas. Respond<sup>t</sup> doctrinam nr<sup>am</sup>, qua asserimus, demonstrationi necessaria defectum irritare legatum, procedere, cum demonstratio pendeat ex contingenti eventu, aut designatione testatoris, ut in Iuribus superiori num. adductis; aliud Veri dicendum esse, quoties demonstratio ex hæredi facto pendet, ut in Iuribus expensis, in quorum serie pendet ex hæredi electione, quo casu absurdum esset ex ejus voluntate legatum infirmari, cum testator in ejus arbitrio n<sup>o</sup> posuerit, an velit restituere, sed cui potius restituat, atque ita solius distributionis liberum arbitrium concesserit. l. Verum. 7. §. Cum quidam. de Vel. dub. l. Pater ex Provincia. 22. de Man. Vnde ideo ut meliori modo, quo poterit, testatoris voluntas adimpleatur, omni electione n<sup>o</sup> secuta admittuntur; Vel posset forsan dici, q<sup>o</sup> licet hæres n<sup>o</sup> eligat, n<sup>o</sup> ex eo deficiat demonstratio, nam hæres poterit plures, vel omnes nominare. l. 67. §. Itaque. 2. de leg. 2. Vnde si nullum proponit per electionem, omnes censetur nominare, nec ea rei testatoris repugnat voluntati, quia ideo uni ex familia fideicommissum reliquit, ut ceteros excluderet, cum personarum n<sup>o</sup> designaret, sed ut hæredi eligendi arbitrium conferret, et hæres per electionem beneficii quodammodo debitorem acquireret; quare ita voluntatem defuncti interpretamur, ac n<sup>o</sup> electione cessante omnes ad legatum, aut fideicommissum Vocantur =

N<sup>o</sup> 6.



Difficillioris habet notam in l. Generali. 32. §. filiorum. ff. de Usu. leg. cuius haec est species: Mulier nupsit Sejō, et ex eo filios aliquos suscepit, eo mortuo, nupsit cum alio, ex quo filiam suscepit, in tertiam. haeredes instituit ex aequi partibus filios ex Sejō susceptos, et filiam ex alio marito procreatam, in eodem tertiam ita legavit Matrem Eliodorandi matris meae dandi volo quoad vivat usufructum bonorum meorum; ita ut post obitum ejus ad liberos meos, aut ad eum, qui ex his vivet, pertineat. Adiecit omnes haereditates, et viva usufructuaria, filij ex eo suscepti decederunt, postea usufructuaria decedit, sola vivente filia ex alio marito suscepta: Quae Scavola, Verum usufructus ad solam filiam superstitem, an pro haereditarii portione ad defunctorum quoque filiorum haeredes pertineat? Et respondet, ad omnes redire, apud quos proprietatis esset, tam ad haeredes defunctorum filiorum, quam ad superstitem filiam. Nunc sic expendo: En ubi legatus fuit usufructus sub necessaria demonstratione, in filium collata, scilicet ei ex liberis, qui vivet; Et tamen deficiente demonstratione, scilicet mortui filij ex t. Matrimonio susceptis, usufructus n. solum spectat ad filium, in cuius persona vera extitit demonstratio, sed ad haeredes eorum filiorum, in quorum persona falsa apparet: q. necessaria demonstrationis falsitas legatum n. reddit inutile.

N. 8.

Omnium Antiquorum somnijs, Respondendum est, in dicta hypothese legatum usufructus post mortem usufructuaria haereditas relicti nullum fuisse momenti. l. Qui usufructus. 25. ff. de Usu. leg. quia cum usufructus extinctus ipso Iure cum proprietate consideretur, frustra in eum casum haereditas domini proprietati relinquatur: itaque testatorem nil novi voluisse percipere, nec aliter de usufructu disponere, quam disponeret de proprietate, praesumitur. Nec contrariam voluntatem indicare putavit Scavola in illis verbis: Ita ut post obitum ejus ad liberos meos, aut ad eum, qui ex his vivet, pertineat, quae ita accipit, ut sensus sit, Voluisse testatorem, usufructum pertinere ad filios, qui post mortem suam viverent, post mortem usufructuariaj: itaque illa verba, qui ex eis vivet, n. sunt conjungenda cum illis, post obitum ejus; n. enim relinquatur usufructus eis, qui post mortem usufructuariaj viverent, sed eis, qui post mortem suam supererent; Unde cum omnes filij matris testatoris supervivissent, ejusque haereditate adita decederent, quodcumque usufructuaria decederet, ad eorum haeredes usufructus Iure consolidationis reverteretur. Nec Claudius contra Scavolam caput, imo ejus decisionem rationem assignat; ait enim; Non credit Scavola, ipsum usufructum in eum portionum haereditariarum post mortem aviae inter ipsos mutuo dante, usufructum vel decem ad alterum transire, et sic de singulis ad superstitem. Id est, n. credit, testatorem reliquere usufructum eis, qui post mortem usufructuariaj supererent, sed eis, qui post mortem suam viverent, eo magis quod aequi partibus haeredes scripti exant, et ideo cum parvam affectionem mater erga omnes filios monerasset, facile existimavit Scavola, ita accipienda esse verba, ut aequalitas inter omnes haeredes servaretur; Unde nulla demonstrationis falsitas hic intercedit; Nam in hoc casu cum sola filia adiret, et viveret, solum ad eam pertineret usufructus, et ita ait Cuiacius, q. ea verba ad eum, qui ex eis vivet, scilicet si ceteri praemortui sunt, qui adirent haereditates, aliud sane dicendum esse, si filij illi n. adita haereditate ante usufructuaria mortem decederent; tunc enim eorum haeredes nullam usufructus partem habere n. Iure consolidationis, q. proprietatis penes ipsos n. esset; non Iure legati, q. nec usufructus in filiorum persona constituit, nec si constitueret, ut potest personalis ad haeredes transiret.



teretur. Quam expositionem deduco ex huius, qua inter se contrarie dixerunt Cujac. in Repetit. ad d. l. 32. §. 1. et lib. 10. observ. cap. 39. et lib. 23. cap. 8. Anton. Fab. lib. 1. Conject. cap. 11. D. Petri lib. 1. opus. ad notam Claudij in d. l. 32. §. 1. de Viufr. leg. =

Ex hac etiam necessaria demonstrationi in futurum collata natura, jam intelligo totum in l. Stichus, qui meus erit. 6. de leg. 1. ubi testator dixit: Stichus, qui meus erit, cum moriar, haeres meus dabo, et ait Iulianus, magis conditionem iniecit testator, quam demonstrare voluisse, id est, que ex eo apparet, quod si demonstrandi causa haec ratio poneretur, ita concepta esset: Stichus, qui meus erit, non qui meus erit, Constatque huius rationi qui meus erit inesse conditionem, et demonstrationem; ideo vero ait Consultus magis inesse conditionem, quam demonstrationem; quia inest demonstratio, cum in futurum sit collata quoad omnes effectus conditionale reddit legatum; Unde ea oratio qui meus erit, in eo solum differt ab hac Si meus erit, quod huius solum inest conditio, et res praesens legatua sub conditione, si permanserit in dominio. d. l. 33. §. Si quid legaverit. 3. de Cond. et Dem.; non enim legatua quilibet servus, potest Stichus nomine insigniri, sed is, qui testamenti tempore Stichi nomen habuit: Unde illius sive necessaria, sive voluntaria alienatione ita legatum extinguatur, ut nec redemptione ejusdem Stichi convalescat. ex Regula l. Cum Servus. 15. de adimend. leg. multoque minus alterius servi comparatione, cui idem Stichi nomen imponatur, tamen in locum prioris subrogetur. argum. tot. in l. fidejussor. 26. §. Vlt. de Pignori. illi vero orationi qui meus erit, non solum conditio, sed et demonstratio inest; non enim legatua Stichus praesens, quem tempore testamenti testator habet, sed indefinitum Stichum quemcumque habuerit mortis tempore; Unde licet alienatione Stichi sive voluntaria, sive necessaria legatum extinguatur elegans tot. in l. Scribit. 34. §. Vlt. in fine. ff. de Auro, et arg. leg. non quod Revocatum sit, sed quod defuerit conditio, id verum est, cum nullum Stichum habet testator tempore mortis; Si vero legatuz ipsum Stichum alienatuz redemerit, vel alium servum comparaverit, et Stichi nomen imponerit, in eo legatum consistit. Optimus ad rem tot. in l. filia sua. 28. §. 1. de Cond. et Dem. docet Duaren. in l. 6. de leg. 1. Orsuat. lib. 8. Comment. cap. 31. lit. C. =

Ex quibus refellendi sunt Donell. lib. 8. Comment. cap. 31. Cujac. in Repetit. ad totum in l. 6. de leg. 1. et lib. 2. observ. cap. 39. Emman. Acoita lib. 1. select. cap. 6. qui asserunt, huius orationi, qui meus erit, solum inesse conditionem, non demonstrationem, et eam non differre ab illa, Si meus erit. Moventur ex eo; Nam res designanda est Verbi, et notis praesentibus, ut certa fiat, non ex futuro tempore, quo qualis futura sit, nunc ignoratur; at quando legatua Stichus, qui testator fuerit, cum morietur, non certus servus, sed quisquis futurus erit Stichus tempore mortis legatua: quod est orationi solum inest conditio, non demonstratio. Expendunt tot. in l. Nupes. 85. Veri. Plane. de leg. 3. ubi ait Pompon. hunc sermonem, Verum, qui mea erit, in tempore mortis collatum, pro conditione accipiendum esse; similem et illud Stichum, qui meus erit; Nec intrare, Verum dicat testator, an si meus erit, et Labeo idem eo nomine caput, quia diceret, sermonem illum, etiam in futurum tempore collatum, pro demonstratione accipiendum = Sed notia sententia praeter adducta fundamenta nititur expressio tot. in d. l. 34. §. Vlt. de Auro, et arg. leg. ubi haec scriptura, Aurum, quod mortis causa paratum erit, dicitur in se habere demonstrationem legari, et arguunt, id est signum, et designationem rei; ita enim Verbum illud Aurum accipitur in l. In hac actione. ff. ad exhib. ut exudite advertit Duaren. ubi supra: Notanda itaque est audacia Cujacij, et ejus alienationi, quibus assentire videtur Anton. Faber de error. Pragmat. decad. 51. error. 1. in fine, qui textum hunc emendaverunt; Nam praevideere debuerunt, Consultum non negare, legatum hoc conditionale esse, imo asserere, habere in se demonstrationem, et conditionem; Nam asserit, aurum alienatum non debet, sive necessaria, sive voluntaria intercederit alienatio; constat vero, aliud fuisse dicendum, si legatum illud conditionale non esset =

Nec obstat Ratio in contrarium adducta, cui facile satisficit ex jam dicto; licet enim demonstratio regulariter ad praesens, vel praesentem

Num. 9

N. 10.

N. 11.



Tempus referatur, nunquam enim in futurum confertur; Nec implicat Tempus, vel personam ex futuro eventu demonstrari, ut in speciebus Relatiui, implicat sane ex futuro eventu, praesenti tempore Tempus designare, non Verbo repugnat eo futuro eventu, tempore, quo existat, Tempus demonstrari, et uno, eodemque tempore conditionem existere, et demonstrationem. Nec contrarium suadet textus in d. l. 85. Nam ideo Pomponius Labeonis sententiam improbat, quod demonstrationem solam, non conditionem illi Verbi, qui meus erit, inesse dicebat, quod licet eo textu non colligatur, manifeste constat, ex l. Servi electione. 5. §. Labeo. t. de leg. 3. ubi is, qui communem servum habebat, ita legavit: Stichus, qui meus erit, cum moriar, haeres dato, quare, an totum debeat? an pars? Labeo totum deberi respondit. Trebatius, et Carius, quorum sententiam Veronesius censet Paulus, partem deberi dixerunt. Si in §. Labeonis huic legato non solum inesse demonstratio, sed et conditio, dicere non potuisset, totum servum deberi, cum respectu partis conditio defecisset; at qui dixerit, totum servum deberi, quod sentit solum ei inesse demonstrationem, et eadem causa notatus fuit a Pomponio =

N. 12.

Verum demonstrationem in futurum collatam non reddere legatum conditionale, probari videtur ex l. Hi Verbi. tot. de leg. 3. ubi ita Vir uxori legavit: Uxori meae lateralia vitatoria, et quidquid in eis conditum erit, qua membra nulli meo manuscriptis continebuntur, nec ea sunt exacta, cum moriar, licet in Natione transacta sint, et cautiones ad actorem meum transtulerint. Deinde Praefectus in Urbe secum tulit lateralia illa, in quibus condiderat chirographa debitorum, et pecunias quaedam, in Urbe chirographa reddidit debitoribus, et pecunias erogavit, sicque evacuavit lateralia, post biennium reversi in patriam, alias pecunias condidit, et alia chirographa, quarum Scavola, an ea debeantur, qua mortis tempore condita fuerint? Et respondet, non deberi, qua mortis tempore continerentur. Tunc sic arguitur. En ubi Relativum referatur ad futurum tempus, videlicet et in his quidquid conditum fuerit; et tamen quia evacuata fuerunt lateralia, qua in eis condita sunt tempore mortis, legato non cedunt. contra d. l. 28. §. ff. de Condit. et Dem. quod demonstratio in futurum tempus collata non reddit legatum conditionale. Nec satisfacet, qui cum subtilissimo Acora d. lib. 1. Select. cap. 6. hanc distinctionem adhibuerit, Relativum cum futuro tempore legatum adiectum in certo corpore, veluti Servus, qui meus erit, aut aurum, quod uxori causa paratum erit; vel certo corpore adiectum, veluti Stichus, qui meus erit. In incerto corpore Relativum demonstrationem facit; in certo autem, et demonstrato facit conditionem, quia in corpore incerto totum verbatum in demonstratione est, quod legatur; non vero referatur ad Verbum legandi dispositivum; at vero in corpore certo, et demonstrato Relativum non referatur ad demonstrationem rei legatae, cum non sit necessarium, sed additur ad Verbum legandi dispositivum, et efficit legatum conditionale, in quo Acora intelligit d. l. 345. ff. de auro, et arg. leg. et doctrinam Alexandri in l. Commodissimi. to. de Liber. et Posth. num. 6. Unde cum in hac l. tot. Relativum adiectum sit corpore incerto, demonstrationem, non conditionem invenit legato =

N. 13.

Non inquam, qui haec dixerit, difficultati satisfacit, Nam differentia illa omnino convincitur ex d. l. Nuptes. 85. de leg. 3. ubi a seculo Pomponius Servum hunc meum ad praesens tempus adiectum, cum certum corpus legatur, non facere conditionem, sed demonstrationem, ubi non ita legaverit testator. Stichum meum, aut si incertum corpus legatur, veluti Vestem meam, Vinam meam conditionem facere, quod probatur ex l. Si ita esset legatum. 7. de auro, et arg. leg. Idem discrimen inter legata certi, et incerti corporis videtur, si ad tempus praesens Relativum adiectum sit Eleganti textus in l. Quintus Mucius. to. ff. eisdem. Deinde docet Pomponius hunc sermonem in futurum tempus collatum Vestem, qua mea erit, pro conditione accipiendum esse, et illud Stichum, qui meus erit, quod licet Conditioni, et demonstrationi Consultus agnoscat discrimen inter casum quo Relativum praesenti tempore adiectum corpore certo, et hanc faciat demonstrationem, et inter casum, quo adiectum incerto corpore, et tunc conditionem facit, tamen nullam admittit, diffe-



differentiam inter Relativum futuri temporis, quo adjectura certo corpori, et quo incerto corpori adjectura, sed indistincte scribitur facere conditiones demonstrativas, scilicet ut ex jam dictis constat. Idem liquet ex d. l. 34. §. 5. Pl. et d. antea de aux. arg. quely. ubi si testator ita leget: Vxorī aurum, quod ejus causa paratum erit liberē alienante ipso Iure n̄ debent, sive alienatio sit Voluntaria, sive Necessaria: §. relativum illud incerto corpori adjectum conditionem facit. Conseq. patet; Nam si solum demonstrationes faceret, legatum purum esset, nec quacunque alienatio sufficeret, ut legatum diminuere, sed requireretur Voluntaria. ex res. l. Rem legatam. 18. de adim. leg. §. Si rem. 12. Init. de Leg. Regere quae dicitur circa finem. Conducit et tōd. sic intelligi alias difficili in l. Pavedia. 22. §. De libertis. 3. ff. de fundo instruct. 18. ubi Patronus libertis legavit sic: Lego fundum cum omnibus, quae ibi erunt, cum moria, et ait Consultus, q. si accepta Viniana tempore mortis Vinum deprehendatur, quod testator vendiderat, nulla necessitate compulsus, illud legari verbis continetur manifeste contra testatoris Voluntatem, et haeres probaverit; et quia Verum ē expresse conditiones, quia Verum ē, Vinum in bonis fuisse tempore mortis, quod solum inspicitur, cum legatum sit conditionale, re- potē continens Necessariam demonstrationem, rejecta interpretatione Fabii lib. 10. Conject. cap. 6. et aliorum, scilicet Vinnij, et aliorum, qui refert in d. 12. Init. de Legati =

N. 14.

Uterius sic differentiam traditam ex hi, quae superius judicari, convinco. Hinc orationi Stichus, quae meū erit in s. Acosta inest conditio; sed tunc relativum reddit corpus legatum incertum: §. relativum adjectum corpori incerto n̄ solum demonstrationem, sed etiam conditionem facit. Prob. Min. In hac oratione non legatur certus, et determinatus Stichus, quem testator habet tempore testam. sed incertus, et indeterminatus, si scilicet, quem tempore mortis habiturus ē, ut supra num. 9. probari ex d. l. 28. §. 1. de Cond. et Dem. §. relativum futuri temporis corpus alias certum reddit incertum: §. de n̄ supponente subjecto. Conseq. sequitur, dum admittit discrimen inter casum, quo Relativum hoc adjectura corpori incerto, et cum quo certo corpori adjectura, cum nullo casu certo corpori adjecto dici potest: quo solo fundamento satisfacit ratio, q. ipse faceret, q. si in specie d. l. 34. §. 5. Pl. nullum aurum haberet testator mortis tempore, non esset legatum: ergo legatum illud pendet ex futuro eventu, et per consequens est conditionale: tenendum itaque ē, Relativum de futuro demonstrationem simul, et conditionem indistincte indicare legat =

Nec obstat tōd, quem in sua sent. confirmacionem adducit Costa, expendit l. Commodiome. 10. de Liber. et Posth. ubi si testator ita posthumus haeredes instituat: Qui me mortuo nasceretur, haeres esto, si vivo eo nasceretur, sumptis testamentum. Cujus rei jam rationem reddit Pompon. quia hic filius nec ut sub conditione quidem haeres scriptus intelligitur: §. relativum incerto corpori, idē posthumo adjectum n̄ reddit institutionem conditionalem. Sed responderi ex ipso tōd, contrarium colligi, ubi posthumus institutus neutrius temporis habita mentione Iure dicitur institutus: ergo si Vtrius solum temporis facta mentione institueretur, sub conditione dicitur haeres scriptus. Quod ex eo patet, quod si in altero casu nasceretur, testamentum ut praeiterit scriptus. Nec aliud suadent illa Verba: Nec sub conditione quidem scriptus haeres intelligitur, quae referenda sunt ad casum omnium, in quo certum est, nec pure, nec sub conditione scriptum haeredem intelligi; quem sensum expostulant sequentia illa Verba qui in hunc casum nasceretur, qui non est testam. apprehensus. docet Cusac. in d. l. 10. Notandum tamen ē, q. licet olim posthumus institutus in unum casum, in altero praeiterit censeretur d. l. 10. l. Gallus. 23. §. foritan 8. de Liber. et Posth. l. Si pater. 26. de Vulgar. l. Si ita scriptum. 47. §. 4. de haered. instit. cum non possent Consulti casum institutionis supplere, et si legi Velleja t. cap. cavebatur, posthumum, et alienum institutum iuxta Aquilianam formulam testamentum n̄ sumptis, et si vivo testatore nasceretur, contra id, quod lege XII. Tabularum cavebatur, Paulus sic intelligens lib. 3. Sentent. tit. 1. §. Tali. antepen; Modie

N. 15.



tamen ex nova Iustiniani constitutione in l. Pl. C. de Posthum. hered. instit. institutio posthu-  
mi in unum casum concepta ad alterum extenditur, q. benignè creditur, n. deficere demonstra-  
tionis casum, nec censetur, Patrem ideo posthumuz instituit in casu, quo post mortem suam nati-  
ceretur, ut eum in contrarium casum non Vocaret, sed potius quia illius se morturuz cogita-  
bat, vel n. instituit posthumuz, qui se vivo nasceretur, n. eo animo eum creditur instituisse,  
ut in altero casu eum excluderet, sed qui se n. morturuz ante posthumi natiuitatez cogi-  
tavit. Quam differentiam inter novum, et antiquum Ius ex quibusdam Antiquioribus  
agnoscunt Cusac. ubi supra, Donell. et Gilkenius in d. l. fin. Noter Pichard. in lectur.  
Salmantic. ad l. Gallus ad eju. principium cap. 1. n. 200. et ad l. Nunc de legat. 8. cap.  
12. n. 14. Similis est questio etiam in l. fin. C. de Instit. et substitut. ubi videndus Gilke-  
nius plures referens.

N. 16.

Expendit etiam d. lib. t. select. cap. 2. tom. in l. Cum illud 25. §. Fix-  
res meus. t. quando dies leg. ced. ubi vi, cui pupillus nummos naturaliter tantum debe-  
bat, quos scilicet sine tutori auctoritate acceperat, et quibus locupletior factus n. erat,  
ita legavit: Marci mei Titio dabo, quod pupillus solveret, et ait Papin. hoc legatum  
simile esse legat. fructuum, qui ex fundo nascentur, vel eju, q. ex Virescencia natum exit,  
et aserit, quod si medio tempore legatarius moriatur, antequam pupillus evolvat, trans-  
mittit legatum ad heredes. Sic insurgit, En ubi Relativum de futuro incerto corpori fuit  
adjectum, et n. injectit legato conditionez, sed demonstrationez; alias enim si conditio-  
nale esset legatuz, n. transmitteretur ad heredes pendente conditione. l. 1. §. Si post diem 5.  
§. 2. quand. dies leg. ced. l. Vnic. §. Si autem aliquid sub condit. de Caduc. toll. §. Relati-  
vum de futuro incerto corpori adjectum n. conditionez, sed demonstrationez injectit  
legatum. Verum providere debuit subtilissimus Vir ex ipso etiam suam doctrinaz exponi  
convinci; Patet enim Papin., omnia illa legata conditionalia esse, et nihil interim  
peti posse, nec contrarium esse, q. ad heredes transmittant; quippe cum conditiones  
illæ n. ex testam., sed extrinseci ex rerum qua legantur natura, adveniant. l. 1. §. 9. de  
de Cond. et Dem. l. Interdum. 13. de V. O. quoad transmissionez n. reddunt legata con-  
ditionalia, ut idem Papin. scripsit in l. Conditiones. 99. de Cond. et Dem. et constat  
ex l. Quod pure. 6. §. 1. quand. dies leg. ced. quod idem servatur, et n. testator conditionez,  
qua ex rei natura inest, exprenerit, ut in d. l. 15. Nam ut vulgo dicitur, et Verum e,  
qua tacite insunt, et n. exprimentur, si tamen eo modo, quo insunt, exprimentur,  
nil operantur, ut in terminis probata ex d. l. 25. et ex l. Hæc Verba. 3. de leg. 1.  
l. Si Titio. 25. §. 1. quand. dies leg. ced. Nec aliud probant illa Verba d. l. 15. Nam  
quando dies legati, cui conditio n. adscribitur, quamvis extrinseci expectanda sit,  
cedit, quibus dicere videtur Consultus, Relativum illud conditionez n. injectit, nam ita  
intelligenda sunt, ut sensu sit, testatorum n. intelligi adscribere ex testam. conditio-  
nem, qua tacite inest, et n. eam exprenerit quoad hoc, ut legati transmissionez impe-  
diant, licet Verum sit, per illud Relativum conditionem exprimi.

N. 17.

Rejecta q. illa subtili magis, quam  
vera differentia, dicere cogor, dum meliora occurrunt, Veram esse conjecturam eruditi-  
ssimorum Virorum, quam amplectitur Cusac. in Veritat. ad l. 16. de leg. 1. qui exprimentur;  
inde Committi dictionem n. deesse, itaque legenduz Respondi secundum ea, qua  
proponerentur, n. deberi, n. qua mortu tempore. Et ut sensu sit, solum ea deberi, qua  
mortu tempore in lateralibus essent, n. Verò ea, qua prius condita, inde exempta fuerunt,  
et id scripsit Scavolam conjector, tum quia quaerit, an ea videatur tantum testator  
legasse, qua postea Reverari in lateralibus condidit: §. supponit deberi, qua mortu tempore  
in lateralibus essent, solumque quaerit, an qua prius condita fuerunt, legato cedant?



3. Cui quaestioni congruenter responderetur, non deberi, nisi quae mortui tempore continentur: absurdè ergo responderetur, non deberi, cum in ipsa quaestione contrariuz supponatur. Tum etiam ex Veris: Idem quaeritur, in quo quaerit, an cum emptiones praediorum in iudic lateralibus condiderat, praedia quoque legato cedant? Et respondit, si eo animo Emptiones praediorum ibi condiderat, ut eorum proprietates legatario praeretur, praecise defendi, praedia quoque deberi; absurdum sanè esset quaerere, an etiam praedia haec legatario deberent, si nihil aliud esset in legato, absurdumque esset respondere, praedia quoque deberi, deinde et esset absurdissimum decidere, praedia illa deberi, cum nulla congrua discrimini possit reddi ratio, ex quibus constat, locum illum corruptum eo modo emmendandum esse =

N. 18.

Possunt etiam proponi exi. in l. Si fundus 49. l. Si chorui. 79. §. l. Si ita legatum. 86. de leg. 3. l. Si uxori. 39. §. Cum ita. 1. et 5. Alfenus. 2. de auro, et arg. leg. l. Seja. 20. §. Pamphila. 6. de fundo in iud. in quibus docetur, quod si legatum sit fundus cum omnibus, quae ibi erunt, quae ibi casu mortui tempore sunt, legato non cedunt, et e converso quae casu abeunt, legato continentur: §. relativum illud de futuro non reddit legatum conditionale. Consequenter patet, nam si conditionale ex eventu qualis qualis existentia consisteret, et ex defectu qualiscunque evanesceret. Sed respondeo, quod quoties legatum relinquatur per Relationem ad certum locum, ea tantum continentur, quae ibi sunt, ut perpetua maneat. l. Vxorum. 41. §. Legaverat. 6. de leg. 3. exi. sic intelligi. in l. Cui. 84. de leg. 3. l. Generali. 32. §. Uxor. 2. de Vusu. leg. quia alicuius rei esse, vel ad eam pertinere tantum videtur, quod ibi non casu, nec ad tempus, sed perpetua destinatione collatum est. l. fundi. 17. §. Labeo. 7. de action. empt. l. 32. de Pignori. l. In praedij. 7. §. In quib. cau. pign. vel hypot. tacit. contrah. l. Si qui. 40. de Religi. om. docent plures, quos refert Valeria lib. illustr. tract. 2. cap. 1. n. 11. et ex eadem ratione ea quoque legato continentur, quae non in perpetuum, sed ad tempus, vel casu abeunt. l. Quiritium. 78. l. Servus. 82. de leg. 3. l. Quiritium. 42. l. Idem respondit. 38. de fund. in iud. l. Ex facto. 35. §. Rerum. 3. de haered. instit. Unde cum in conditionibus expendenda sit testatoris voluntas. l. In conditionibus. 19. de Cond. et Dem. licet in dictis Iuribus legatum sit conditionale, tamen cum conditio pendeat ex testatoris arbitrio, rectè responsum est, ea, quae casu sunt, legato non cedere, cum a testatore eo animo instituta non sint, quemadmodum nec continentur, quae a legatario inferuntur. l. Omnia. 32. §. Cum ita legatum. 3. de leg. 2. l. Cum delationi. 18. §. Sabini. 12. de fund. in iud. l. Nomen. 34. §. filio. 4. de leg. 3. et e converso deberi ea, quae casu abeunt, cum vel ignorante testatore ab alio, vel ab ipso testatore, non tamen animo minuendi legatum exempta inde sint =

N. 19.

Deinde et in serie exi. in d. l. 16. de leg. 1. cum similibus debere consistere legatum, et si Stichus legatus alienatus sit, probari videtur in l. Talem. 51. §. Si qui ita scripserit. 4. de haered. instit. ubi testator ita scripsit: Stichus si meus erit cum mortuus, liber, et haeres esto. Et respondit Consultus, quod si vivus cum manumiserit, adhuc tamen Stichus liber, et haeres erit: §. pariter adhuc deficiente conditione inducitur per Relativum de futuro in d. l. 16. debuit consistere legatum. Respondit deficiente quidem conditione inutilem reddi institutionem in d. l. 51. §. et ob id servum alienatum non posse adire hereditatem iure Emptoris, ut ipse Marcianus fatetur, Verum non intelligi deficere conditionem, ex quo quod a vivo testatore Stichus sit manumissus; nec enim eum casum excludere voluit testator, sed alterum tantum, quod esset alienus, et alia verba testamenti omnino huius conjectura non repugnent; Nam quamvis servus non est, libertus tamen est; pravis tamen innungit difficultas ex l. 29. §. Si Stichus. 4. de leg. 3. ubi quidam ita scripsit: Si Stichus, et Damma servi mei in potestate mea erunt, cum mortuus, tunc Stichus, et Damma liberi sunt, et fundum illum sibi habento. Si ex his



Alterum Dominus alienaret, Vel manumitteret, Labeo putat, neutrum liberum futurum.  
Tubero, cuius sententiam Voluntas defuncti convenire magis ait Iavolenus, eum, qui reman-  
sisset in potestate, liberum futurum, et legatum habiturum: q<sup>o</sup> nulla e<sup>st</sup> differentia inter casus  
quo alter servus fuit manumissus, et inter casum, quo fuit alienatus, cum neuter admittatur  
ad legatum. Respondit cum D<sup>o</sup> Saneio ad l. 17. de Cond. et Dem. num. 7. in d. l. 5. Et eam coniec-  
turam derum<sup>us</sup> ex eo quod testator videtur non tam servo consulere Voluisse, quam sibi  
haeredem habiturum; at Verò in d. l. 29. §. 4. n. sibi, sed servo potius prospexerit, quapropter  
n. est illi conjecturae locus.

N. 20.

Ad hanc etiam partem necessariæ demonstrationis in futurum  
collata expectat eod. in l. Iam certum. §. de vitico, Vino, et Oleo leg. ubi ait Iulianus, q<sup>d</sup> cum  
certus numerus amphorarum Vini sit legatus ex eo quod in fundo Semproniano natum  
erit, si minus natum sit, amplius non debetur, quia hæc Verba, quod natum erit, quan-  
taxationis vicem obtinent, quod idem obtinere in contractu Emptionis, et Venditionis, si  
Vendita sunt duo pondera olei ex eo, quod in fundo certo natum erit, idem Iulianus  
scripsit in l. Si debitor. 39. §. Verumli. h. de Contrah. Empt. et probat in l. Qui fun-  
dum. 40. §. qui aurum. 2. eod. titul. Ex quibus constat, Relativum de futuro conditionem  
simul, et demonstrationem injicere legato, idque sibi voluit Iulianus. Verba illa, quod  
natum erit taxationis vicem obtinere scripsit; taxationis, ut observat Cujac. lib. 2.  
observat. cap. 12. ex l. Maximo. 41. §. Et circa fines de leg. 2. et alij in locis, tum scriptio-  
nes Verborum quaedam, quibus oratio aut coercetur, aut dilatur; illa Verò aditio  
legato certo amphorarum numero legatam rem demonstrat, et coercet, ut si minus  
nascatur, minus legato contineatur. Illud notatu dignum censeo, q<sup>d</sup> n. animadvertunt  
Interpretes, solum Iulianum indicare controversiam de hac re, fuisse inter Veteres,  
et aliquos contra sentisse; nam in d. l. 5. scribit placuisse, et in d. l. 39. §. Et a plerisque  
Respondum esse: Notat q<sup>o</sup> meo iudicio, Labeones, et ejus avoclas, qui cum eorum maxime, Rela-  
tivum de futuro demonstrationem solum, n. conditionem injicere legato, quo nomine eoi repre-  
hendisse Pompon. in d. l. 85. de leg. 3. dixi supra num. 11. consequenter in alij speciebus di-  
cere cogebantur, integrum num<sup>us</sup> amphorarum Vini legatario deberi, et si nihil natum  
esset; at cum obtinueret, Relativum illud Verumque injicere legato, conditionem scilicet,  
et demonstrationem, merito eoi notans Iulianus, respondit placuisse, et a plerisque  
Respondum esse, minus legato contineri, si minus natum esset, ut ex ejus necessariæ  
demonstrationis eventu, vel defectu utilitatez, vel inutilitatez legati pendere =

N. 21.

Adversaria eod. in l. Legatum. 42. §. de annuis  
leg. l. Ex eo Vini. 13. de vitico. Vino, et Oleo leg. l. firmius. 16. in prid. quand. dies leg. ced.  
l. Inter stipulantes. 83. §. Sacram. 5. Veri. Pro quo. de V. O. Quibus omnibus docemur,  
q<sup>d</sup> cum legatus certus numerus amphorarum Vini in annos singulos, ex eo q<sup>d</sup> in certo  
fundo nascetur, vel certa quantitas ex redditu prædictorum futurum anni, si aliquo for-  
san anno minus natum fuerit, vel si quantitas ex illius anni redditibus redigi non  
possit, quod deesse, ex ceterorum aliorum Veritate supplendum e<sup>st</sup>: q<sup>o</sup> Relativum de futuro  
n. inducit conditionem. Donell. in d. l. 83. §. 5. de V. O. circa finem. num. 9. ait, hanc  
eandem <sup>am</sup> contineri in d. l. 5. de vitico. Vino, et Oleo leg. cuius eum esse sensum concen-  
dit, ut si minus natum sit, non solum primo anno, sed et omnibus leg. q<sup>o</sup> nihil  
forte amplius natum sit, minus debetur. Sed hæc interpretatio et Verbu, et mentis  
Repugnat, satique convincitur ex nuper dictis. Cujac. lib. 9. Respons. Papin. in d. l. 26. §. 1.  
dies leg. ced. Respondet, multum inesse, an legatus certus numerus amphorarum Vini  
ex eo q<sup>d</sup> nascitur hoc anno, an certo fundo simpliciter, quod ex fundo nascetur,



primo casu, cum legatur numerus certus ex eo Vino, quod anno nasceretur, quod eo anno de-  
 esset, ex sequentium annorum fructibus n. esse supplendum, in quibus terminis intelligit eam  
 in d. l. 5; In secundo vero cum legatur simpliciter, id, quod deest, ex ceterorum annorum ver-  
 tate supplendum esse; quia generaliter fructus fundi omnium annorum demonstrati sunt,  
 in quibus terminis intelligit eam in contrarium expensas = Sed haec solutio divinae ratio-  
 nis est; Cum enim l. 5. n. proponitur legatum, certus numerus amphorarum Vini ex eo, quod hoc  
 anno nasceretur, sed absolute ex eo, quod nasceretur, deinde etiam testator legaverit simpliciter,  
 creditur de primi anni fructibus sentire, ut constat ex d. l. 33. St. de Constat. emp. =

N. 22.

Utraque igitur solutio rejecta, Respondendum est cum  
 Pacio centus. 6. quae. 34. quem sequitur Oualdus lib. 8. Comment. Donell. cap. 19. lit. C. qui  
 avertit, differentiam esse constituendam inter casum, quo legatur certus numerus fructuum  
 semel ex his, qui ex certo fundo sunt nascenti, et inter casum, quo legatur in singulis  
 anni; priori casu, ut in serie eod. in d. l. 5. nihil debetur ultra id, quod priori anno na-  
 tum fuit; posteriori casu, ut in serie eod. in d. l. 17. St. de annui leg. et in d. l. 13. de tunc.  
 Vno, et oleo leg. annorum quadam conjunctio fit, ita ut quod aliquo anno deest, ex  
 aliquorum annorum redditibus suppletur ex praesumpta testatoris voluntate. Nec tunc  
 obicit eod. in d. l. 26. quod dicitur leg. ced. ubi semel tantum fuit legata quantitas, et ta-  
 men ex sequentium annorum veritate suppletur, cui in super habita solutione Pacij, et  
 Oualdi ubi supra, qui avertent, intercedere conjecturam voluntatis ex eo, q. testator con-  
 juncta persona, fratri nempe suo legavit, Respondit cum Cujacio 9. Respon. Papin. in d.  
 l. 26. ibi n. fuisse legato fructus, qui ad modum certum nascerentur, sed legatam fuisse  
 certam pecuniam, cuius quantitas n. minueretur, si minore fructus ex fundo provenie-  
 rent; quapropter nullam conditionem legatum habere respondit Pompon., sed solvitur  
 solvenda pecunia tempore proximo, ut commodius eam ex redditibus huius praes-  
 ret, et ea est ratio, ob quam sequentium annorum veritas expectatur, alia si testator  
 legasset, vel semel, vel in anni singulis certam pecuniam quantitatem, nulla habita men-  
 tione reddituum fundi, licet in posteriori parte testamenti cavisset, ob eam causam le-  
 gataris certo fundi esse obligatos, ut ex eorum redditu pecuniam perciperet, huius omni-  
 modo tenetur integram quantitatem praestare, et si ex fundorum redditu redigi n. potest  
 nulla expectata inferiorum annorum veritate. Eod. sic intelligit in l. Lucius Titius. 12.  
 de aliment. leg. ubi advertit Cujac. ad responsionem Pauli. Nec magis Vaget d. l. 83.  
 S. 5. de V. O. quia ut advertit Pacius ubi supra, ibi stipulatus quidam fuit centum  
 amphoras Vini eo fundo, n. ex redditu fundi, nec ex eo quod natum sit; quapropter  
 quanto cuncte ex eo percipiantur, debentur =

Sed adhuc noverit doctrina, quam huiusque

N. 23.

Asserimus Relativum de futuro n. solum demonstratione, sed et conditione injicere  
 legato, ex aliquacumque dispositione graviter obviunt eod. in l. 2. in prin. et d. l. 8. Si  
 quis ita scripserit. 36. de hered. inst. ubi si quis ita scripserit: Lucius, et Sempronius  
 heredes sunt ex partibus, quas adscripsero, nulli adscripti partibus Valida est ins-  
 titutio, et ad aequales partes vocantur instituti; Si vero scripserit, ex partibus, quas ad-  
 scripsi, nota, quod in hac legati institutione deficiente conditione, semper inutilis est ins-  
 titutio, nulla habita distinctione, Verum partium distributio conferatur in arbitrium  
 alienum, an testatoris, sicut in legati institutione nulli partibus adscriptis, inutilis  
 esse, dicitur institutio, quia ut Ulpianus ait, id creditur inesse conditioni: q. in primo  
 casu institutio n. e. conditionalis, et per consequens Relativum illud demonstrationis innuit



solam institutionem. Sed cum Carolo Ruino l. 6. de leg. 1. n. 33. et Matheo Gualdo ibidem, qui referunt, et sequuntur Ornatu lib. 8. Comment. cap. 31. lit. f. Rejicienda est omni communi solutio, qui tenent, quod si quis reddere conditionale per Relativum de futuro, Verbum circa substantiam dispositionis, ut in institutione defectus conditionis dispositionem deficere faciat, si circa accidentia, ut in distributione partium, ut in d. l. 2. ubi n. distinctio ipsa, sed partium distributio fit conditionalis secundum <sup>am</sup> s. tunc defectus conditionis accidentia quidem veritas, sed n. substantiam dispositionis. Rejicienda, inquam, est haec solutio; nam Relativum de futuro facit conditionalem totam orationem, n. antecedens tantum, ut ex jam disputatis constat. Cum ipsi q. xxiij. duas esse prohibitiones hominis, et legi; Quoties quis a prohibitione legis recedit, sibi aliquid proponens, siquidem id proficere, valet, sin minus ad prohibitionem legis poenitentia prioris conditionis, qua vique ad mortem est libera, Verbum creditur, ut accidit in dicitur Iuris in partium distributione, quae si omittatur a testatore, fit a leg. partem aequali tribuente ex Voluntate testatoris, quomodo sunt accipienda illa Verba d. l. 2. quam duplici facta instituit. scilicet una hominis, altera legi ex hominis Voluntate; Contraria vero si quis sibi aliquem actum proponat, ne expedit nequidquam, a leg. in contrarium carum capum sit, ut evenit in d. l. 18. de Inst. leg. et omnibus relati num. 5. quia legationum incertitudine nulla leg. consultum fuit, et in d. l. 16. de leg. 1. dispositio in actu contraria n. Substituere =

N. 24.

Res sane est difficilis, inculcanda, et amplius explicanda est solutio. Verum est, institutionem eo modo conceptam ex partibus, quas adscribere esse conditionalem, et ob id censuere Marcellum, ut refert Vlp. in d. l. 1. nulli adscribere partibus esse institutionem inutilem, perinde ac si scriptum n. esset: Ex partibus, quas adscribere. si minus ex aequi, ita ut duplex censetur facta institutio, cui dispositioni aniam praebet testatoris Voluntas, qui cum ita scribit, videtur dubitare, an partes adscribiturus sit, necne, et cogitare, si forte n. adscripserit partes haecdesi fore ex aequi partibus, ut cum iudicio considerat Duarenus in paraphrasi ad titul. cap. 3. et in d. l. 6. de leg. 1. Quapropter docet Vlpianus, aliud dicendum esse, si Voluntas testatoris refragetur; quod proculdubio Verum est, cum testator dicit, si eri partes adscribere, tunc enim n. aliam vult, eos haecdesi esse, quam si partes adscribere. argum. tot. in l. Titio. 34. in prin. de leg. 2. expressus tot. in l. Vle. in fine. de Bonor. possen. secund. tab. Itaque Verum est, Veroque casu esse conditionalem institutionem, sed in principio conditio n. excludit conjecturam Voluntatis, ut in eius defectum alia institutio ex aequi partibus inducatur; in 2. vero conditio expressa est Voluntas testatoris omnem conjecturam excludens. ex leg. tot. in l. Ille. 25. §. 1. de leg. 3. Ex quibus convincitur Donellus, qui d. lib. 8. Comment. cap. 31. putavit, Veroque casu utilem esse institutionem nulli adscribere partibus, motus illi Verbi. Sed magis est, ut sic utraque institutio accipiat, quae tamen ita intelligenda sunt, id est ut Vana, quam duplici facta institutione, si utraque inest, accipiatur ex partibus, quas adscribere unam, sin minus ex aequi alteram. Ex omnibus facile potest satisfieri subtilibus argumentis Antonij Fabri, qui de errorib. Pragmat. decade. 35. errore. 10. per totum, nimium multa, ut ipse fateatur, in miserum Tribonianum cumulat, qua sola Verborum Marcelli opinionem amplectens =

N. 25.

Dicitur l. 2. de haered. instit. opponi solet ed. in l. Si contra. 25. ff. Pro Socio, ubi si contra sit Societas ex his partibus, quas Titius arbitrat



4

tratus fuerit, Titio antequam arbitraretur decedente, nil agit, Celsus respondit, eam reddens  
 rationem, quia id ipsum actum est, nec aliter societas sit, quam ut Titius arbitratus sit. Quod  
 idem tenet in alijs contractibus eodem modo celebratis. l. Si merces. 25. ff. Locati. l. Si quis arbitratus. 23.  
 cum legib. seqq. de V. O. l. Vlt. C. de Contractu. emp. Sed ex d. l. 25. Pro Socio gravis insurgit diffi-  
 cultas, et argumentum; Nam contractus Societatis ex provisione legis, qua natura contractentium  
 voluntate, partibus n. expressis, inaequalibus partibus contractus intelligitur. l. 29. in p. ff. Pro  
 Socio. S. H. Instit. eod. tit. Et tamen quia certa fuit Societas ex partibus, quae Titius arbitratus fue-  
 rit, n. secuta partium designatione iuratur contractus: q. licet haeredes scripti sine partibus  
 ex Iuri provisione ad aequales partes admittantur, tamen cum testator dixit, ex partibus,  
quas adscripsero, nullis partibus adscriptis, inutilis debet esse institutio. Respondetur ind. l. 2.  
 25. Conditionem assignationis partium referri ad alterum factum, scilicet Titij exierit;  
 quapropter n. possumus deficiente assignatione partium conjecturari, seu praesumere mutatur  
 esse consilium contractentium, ut ex eorum arbitrio partium assignatio non pendeat; qua-  
 propter si assignatio partium a testatore per relativum de futuro in extranei factum re-  
 ferretur, ea deficiente, ex eadem ratione inutilis erit institutio, quomodo ponet intelligi  
 tot. in l. Clemens. 84. S. de haeredib. instit. ubi testator ita scripsit: Quanti ex parte mea  
Titio haeredem institutum recitarem, ex ea parte Sempronius mihi haeres esto, et ait Pau-  
 lus, nullo recitatio testamento, inanem esse institutionem, notavit Cujac. in Reperit. ad hunc  
 tom; at vero ind. l. 2. adscriptio partium cum pendeat ex voluntate testatoris, datus locus  
 conjecturae, et praesumptioni, de qua supra = Objici etiam potest tot. in l. Qui ex fratribus. 29. de  
Condit. instit. ubi testator scripsit ita: Qui ex fratribus meis Titiam consobrinam uxorem du-  
roxerit, ex bene haeres esto, qui n. duxerit, ex exidente haeres esto; Consobrina vivente testatore  
 decem, quaxit Papi'n, an fratres admittantur ad hereditatem, et Respondet, ambo ad her-  
 ditatem venientes seminem habere, et reddi rationem, quia verum e, eos haeredes esse insti-  
 tutos, sed emolumento portionum, eventum nuptiarum dixerunt: q. supponit relativum de futu-  
 ro n. reddere institutionem conditionalem. Deinde ex hac evidente ratione idem convincitur;  
 Nam si institutio illa esset conditionalis, mortua consobrina re integra inutilis esset. l. In  
 testamento. 31. de Cond. et Dem. l. Legatum. 4. C. de Condition. inseris; Nec enim ut conditio  
 pro impleta habeatur, sufficit exire per eum, cui opposita e, sed requiritur exire per  
 eum, in cuius persona adimplenda e. l. Si post diem. 5. S. Item. 5. Quando dies leg. ced. Vel  
 pro eju interire n. impleti. l. Si ve civilis. 29. de Cond. et Dem. Donell. lib. 8. Comm. cp. 34.  
 Ouald. per Omnes l. 2. A. q. cum mortua sobrina teneat institutio, relativum solum de-  
 monstrationem, n. conditionem infert institutioni, cum tamen partium distributio non  
 pendeat ex facto testatoris. Respondetur, conditionalem esse illam institutionem, ut con-  
 stat ex l. Vter ex fratribus. 23. de Condit. institut. l. 25. Si quis ita. 6. de Bonor. possion.  
 secund. tab. l. 9. S. Pleni. ff. de haered. instit. et deficiente conditione, deficere; sed n. inte-  
 lligi deficere conditionem mortua consobrina; Nam Regula tot. ind. l. 84. de Cond. et  
 Dem. et l. 4. C. de Contraria testatoris voluntate; in specie vero nostra datus conjectura  
 voluntatis, ut conitae institutio mortua consobrina; quia cum testator unum ex fra-  
 tribus vocaverat, qui consobrina nuptiarum, sed potius cui impossibile erat consobrina nu-  
 bere (nam eadem duobus nubere non poterat) S. Socrum. Instit. de Nuptijs, et ita per  
 quem n. exiret, quominus nubere, manifeste sensit, q. quando per eum n. exiret, quo-  
 minus alteruter consobrinam ducat, quia se intra decem, an comitantem inces  
 vixiles portiones, Unde ex voluntate, quam testator expressit circa unum ex fratribus,  
 quem vocat ad hereditatem, ex eo solum, quod per eum n. exiret, colligitur mens ad  
 utrumque, ut in p. Institue. de legitima Patron. tutela, ut si per eum n. exiret, ad tri-  
 lei admittantur; per eum autem n. stat mortua consobrina, quae intelligenda sunt illa

N. 26.



Papinian's Verba: Quia verum est eos heredes institutos, scilicet in hunc casum, licet distributio portionum pendeat praeiudice ex nuptiarum eventu, docet subtiliter, et ingeniose Pinellus lib. 2. selectarum. cap. 1. per totum. et praecipue num. 22.

N. 21

His, quae diximus, per illurxant. tōi. in d. l. 2. de hered. instit. et tōi. in l. 8. C. de Instit. et Substit. ubi si testator ita scripserit: Prius haeres esto secundum infra scripta conditiones, et nullam conditionem adiecit, sanxit Iustinianus, supervacuaque conditionem, praedicationem, et testamentum puram habere institutionem, et ad id ostendendum utitur responso Papiniani in l. Cum pater. D. 5. de leg. 2. ubi Vici Civitatis reliquit, qui proprios fines habebant, n. ideo minus ex fideicommissis debent respondere, quod testator fines raturum promittit, ac postea morte praeventu n. fuit. Cujus constitutioni e. Ratio; nam illis Verbi n. certo constat, testatorem Voluisse conditionem adiecit, sed consilius ejus tantum fuit apud se deliberantis, quod mutare ex poenitentia censeret eo ipso, quod cum Iure possit. facit ab argum. l. 6. 5. 2. de Iure Codicill. et l. 7. in prin. de leg. 2. Sed contrariis vide l. 22. de leg. 3. Conciliat Orwald' ad Donell. 8. Comment. cap. 4. lit. E. qui adducit etiam l. 14. de leg. 1. et l. 7. de leg. 2. Rejuncta solutione Cujas. 4. obier. cap. 7. Nec obstat tunc tōi. in l. Quoties. 3. 5. Tandem de leg. 2. de hered. instit. ubi ait Ulpianus ex Marcello, q. si testator, qui conditionem inserere destinabat, n. adiecit, institutio inutilis e. Nam Omnia Duaren. ad titul. de Cond. instit. cap. 3. Etiothom. lib. 1. Amicabilium. cap. 9. qui putant d. l. 9. 5. 5. abrogari per d. l. 8. Respond. cum Donello in d. l. 8. et lib. 6. Comment. cap. 21. quem ibi sequitur Orwald' lit. h. ex Accursio d. l. 9. 5. 5. procedere, cum testator destinabat conditionem inserere institutionem n. aliter institutus, quo casu certum e. Voluisse institutionem facere omnino conditionalem, nec voluntatem ipsius patere, ut pro instituto habeatur is, qui reperta institutus pure cum noluerit testator esse illam heredes nisi sub conditione, quo etiam casu adhuc potest constitutionem d. l. 8. idem Vigere.

N. 28.

Non dum me abire sine Antoni. Faber, qui de errorib. Pragmat. decad. 35. error. 9. per tot. Imperatorem in d. l. 8. ineptitudinis arguit, et d. l. 9. 5. 5. emmendat. Rationes haec sunt; Et si illa adjectio secundum conditiones infra scripta non injiciat conditionem, facit tamen, ne institutio ulla Ratione videri debeat pura, quamvis nulla conditio sit subiecta, siquidem aperte demonstrat, voluntatem testatoris illam fuisse, ut puram institutionem n. faceret: q. non adjecta conditione, nulla debet esse institutio; n. pura, q. testator ab initio egit de facienda illa conditionali; non conditionali, quia nullam conditionem adscripsit. Deinde incertum aut esse argumentum, q. Iustinianus a Papiniani responso tanquam a simili abducit; nam in specie, de qua consultus fuit Papin., Vici, quos testator Civitatis reliquerat, proprios fines habebant; ideoque tamen testator n. exprimitur fines, quos super aliam scripturam demonstraturum promittent, nil tamen obstat, quominus fideicommissum deberetur, cum de re relicta constat; in casu vero d. l. 8. nulli a testatore expressi conditionibus nulla alia conditio rebe, qua institutioni naturaliter instituit; quapropter aliud Papin. respondisset, si testator promittent se demonstraturum alio, fines, quam qui cum Vique in diem fuissent, cum tunc mortua ante demonstrationem testatoris n. constet, de quanto corpore senesce, et per consequens deberet esse inutile fideicommissum. Ulterius hic Variocinatur: Papinianus illum casum tractat, quo testator morte praeventu non fecit, quod se facturum promittent: q. si bona e. constitutio Iustiniani, sequeretur, ut institutio fieret pura, quam testator conditionalem facere voluisset, si morte praeventu conditionem, quam adire destinaverat, non adijisset. Contra id, quod supra dictum est. Tandem emmendat d. l. 9. 5. 5. Sed inutilia sunt haec argumenta. Non obstat t. cui satisfit ex dictis num. antea si dicamus, testatorem credi ex poenitentia mutasse consilium eo ipso, q. conditionem n. adscripsit; Unde aliud fore



fore dixerimus, si testator n. alia institutione Valere Voluerit, quam adjecta conditione. ex d. l. 1. §. 1. Nec magis Viget 2<sup>um</sup> Nam sententia Papin<sup>us</sup> n. ea ratione nititur, q<sup>d</sup> Vici certis finei habeant; nec enim id sufficeret, cum testator n. solum promitteret, se finei demonstraturus, sed et certamini formam, quam celebrare singulis annis volebat; Cum vero plures conditiones conjunctim apponantur, omnes adimplere necesse e<sup>st</sup>. l. Si heredi plures. §. de Condit. instit. et per consequens mortuo testatore ante demonstrationem certaminis, cum n. conset de quo sentent, inutile debere esse fideicommissum, si vera est ea ratio: q<sup>d</sup> quae Papinianus novit, eadem ratio e<sup>st</sup>, quae Justinianus scilicet, q<sup>d</sup> mutare consilium creditur testator. Nec tunc obstat ultima consideratio; Nam q<sup>d</sup> Papinianus scribit, testatoris morte praeventus nec finei, nec certamen demonstrare, n. cum sensum habet, quasi testator in animo semper habuisset demonstrationem subjicere; morte vero improvia raptus, id facere n. potuisset, sed illud potius, quod ante demonstrationem deceiit, eo quod credimus mutare consilium; Nam negare non poterit, ipsum, licet improvia morte fuisset excusus, potuisse ante perfectum testamentum, vel ante factos codicillos, demonstrare, quod promittit. Ex quibus conset, congruam Iuris regulam esse institutionem l. 8. et ei optime quadrare exemplum d. l. 11. §. 1. Vt. Ratioibus, quibus Faber emendat d. l. 9. §. 5. Excludit, in cuius explanatione satisfit =

Solet imponi t<sup>em</sup> in l. Vt heredi. §. 5. Cum

N<sup>o</sup> 29.

ita legatum est. 2. de leg. 2. ubi ita scripsit testator: Quantam pecuniam heredi meo a Titio exegerit, tantam Marcio dato. Dubitat Marcellus, an hoc legatum sit conditionale? Et ex 55. Pauli respondit, primum esse, ejusque conditionem statim cedere, et legatarium agere posse, ut sibi actiones praestentur: q<sup>o</sup> relativum de futuro n. injicit conditionem legato. Respondit cum Duareno in d. l. 6. de leg. 1. q<sup>d</sup> in praedicta specie conditio fuit adjecta praestationi legati, n. legato; n. Voluit enim testator, ut legatarius consequeretur, q<sup>d</sup> Titius debet, sed ut heredi non cogere daret, nisi quod exegerit; Unde heredi n. potest conveniri, ut det antea, quam exigeret, quia conditio inest solutioni, et exactioni Teri; potest tamen conveniri, ut actiones praestet, quia legato n. inest conditio, quod idem servatur, quoties id, quod Titius debet, simpliciter alicui legatur; nec enim potest legatarius ab herede petere quantitatem, priusquam eam exegerit, sed solum potest petere, ut sibi actiones praestentur. §. Tam autem. Vt. Instit. de Legari; quapropter licet ex illa formula legandi conditio inducatur, tamen cum sit eadem ipsa conditio, quo ex natura rei tacite inest, et n. expressa sit, n. potest impedire conditionem legati. ex leg. l. 3. de leg. 1. cum simi lib.

Huius doctrinae opponi potest t<sup>em</sup> in l. Qui

N<sup>o</sup> 30.

rem. 122. §. Agrius. 1. de V. O. ubi filiusfam<sup>ulus</sup> servo publico stipulanti spondit se daturum quidquid patrem suum Publio Marcio debere constituit, patre defuncto antequam constituit, quid, quantum debet, quantum e<sup>st</sup>, an si actum fuisset contra heredem, et debitum constituit, filius teneatur? Et Respondet Scavola Si conditio n. exierit, stipulatione n. committam. Tum sic: Conditio, quae in huius t<sup>em</sup> serie inducitur per relativum de futuro, ex ipsius natura Teri tacite inest; Nam est filius simpliciter patris debitum promittit, n. tamen prius conveniri potest, quam quo debitum constituet; et tamen quia expressa fuit, omnino reddit stipulationem conditionalem, quinimo et ex eo quod vivo patre n. constituit, filius ex ea conveniri n. potest: q<sup>o</sup> patet in d. l. 50. tit. de leg. 2. legatum debet esse conditionale ex eo quod conditio expressa fuit per relativum de futuro, licet alia tacite inest, Omnium intellectibus Donelli, Cujacii, Duareni, Conari, Mothomanni, et plurium aliorum, quos refert, adequare, et solide refellit Oruald<sup>us</sup> lib. 15. Comment. cap. 12. lit. B. dicendum e<sup>st</sup> cum subit Corta lib. 2. select. cap. 23. quem sequitur Cobarrub<sup>us</sup> praetiar. quart. cap. 39. n. 5. Scavolam sentire, conditionem illam impletam utiliter fuisse potest mortem patris; nec enim id controversiam admittit, et ob id qui edere dubia Coniuler<sup>is</sup> vidit, cum ex proposito facto apparet, conditionem veram exierit, Respondit Obligui, si non exierit conditio Stipulationem committam, ut innueret, quia conditio



Omnino existit, stipulationem committam esse; Nam quemadmodum ea Vocula evincitur  
 adjungitur praeterito perfecto, dubium est, quod in oratione conditionali ponitur Evenire,  
 vel non evenire, sive affirmativa, sive negativa sit oratio. Similes locutiones adducit ex  
 Virgilio. *Aeneid.* Si navi *Frigida* ad littoram noxiam non apulerent, Coeta, et Oivald.  
 ex ipisimo *S. tos. Venre. 22. Ut auferderet illos, si Moyses* existimet in Cezopetu ejus psal-  
 mo. *tos.* qui ex popularibus exemplis explicat. Quibus suppositis, difficultati expensa,  
 quam excogitavit Conanus lib. 6. Comment. cap. 3. n. 9. respondit in specie, de qua loquimur,  
 conditionem fuisse expensam, qua inhareat, sed alio modo, quam quo inhareat, quod  
 sic ostendo in hunc modum Quoties qui promittit debitum Titij, ita demum tenet stipu-  
 latio, si debito constat, Verum illic cum eo agi potest ob hoc ipsum, ut constat debitum,  
 ac cum qui promittit, quod debere Titium constituerit, non ante conveniri potest, quam cons-  
 tet deberi, quod fuit licite institutum cum Titio, vel ejus haerede, ut in d. 54. ubi ita  
 demum dicitur, existere conditionem, si constat deberi, cum actum sit cum haerede patris;  
 quapropter reddita stipulatio omnino conditionalis; quippe qua tacite innuit, si alio  
 modo quam quo innuit, exprimeret, omnino conditionalem dispositionem efficiunt. *l. Si*  
*ita legatum. 65. S. Si ille volent. de leg. 1. l. Servo. 47. l. Si ita expensum. 69. de Cond. et Dem.*  
*et Donell. 8. Comment. cap. 15. in prin. ac in d. l. So. 5. 2. conditio, qua tacite innuit, eo modo*  
*fuit expensa, quo innuit, et per consequens non reddit legatum conditionale. ex reg. d. l. 3.*  
*de leg. 1. cum alijs.*

N. 31.

Tandem expendi potest etiam in *l. Potior. 11. S. Si colonus. 2.* qui potior  
 in pignori habet ubi Colonus convenit, ut inducitur in fundum illata ibi nata pignori  
 ement, et antequam induceret, rem aliquam alij hypotheca nomine obligavit, quam  
 postea in fundum induxerit, quaeritur, qui ex creditoribus potior erit? Et respondit  
 Gasius, eum potiozem esse, qui pure specialiter accepit, quod rei ex priorum conventionem inducitur,  
 in fundum non obligatur, sed ex inductione in fundum. Tunc sic, in hac specie contracta  
 fuit obligatio pignori per relativum de futuro; illa enim conventio inventa, et illata  
 hunc sensum reddunt, qua inferenda, et invenhenda exunt; et tamen nec sub conditione  
 contracta fuit obligatio; alia enim cum existens conditio ad tempus contractus retro-  
 trahatur. *l. 8. Veri. quod si pendente de pign. et commod. Rei Vendit. praefertur primus cre-*  
*ditor, ut constat ex S. l. ejusdem l. 14. §. relativum de futuro non innuit conditionalem di-*  
*positionem. Respondit pignori obligationem, de qua in d. 52. fuisse conditionalem; actum e-*  
*nim fuit, ut hac res pignori nomine obligaretur, qua inferenda sunt, id est ita de-*  
*num in fundum inferetur, quod eo ipso S. probatur, tunc autem, potiozem esse eum, qui pure acce-*  
*pit, scilicet secundum creditorem: §. supponit, prius obligationem sub conditione fuisse*  
*contractam. Nec tunc obstat consideratio deducta ex S. 7. d. l. 11. Nam respondit pra-*  
*dicatam Regulam Veram esse, quoties pignori obligatio contractatur sub conditione, qua*  
*non est in potestate debitoris; cum enim ipse cessare non potest, nec facto huius implemen-*  
*tum ejus impendere, eo praesenti tempore hoc Jus acquiritur creditori, et conditio exis-*  
*tens retrotrahitur. Quod sufficit, ut praefertur posteriori creditori, qui rem pignori*  
*pure accepit; ac vero quoties pignori obligatio contractatur sub conditione, qua est in*  
*potestate debitoris, ut in d. 52. nullum Jus ante implemenum creditor acquirit, cum*  
*debitor ponit cessare, et conditionem non implere, proinde tota obligatio estimatur eo*  
*tempore impleta conditioni, nec retrotrahitur loci est; quapropter potior est creditor,*  
*qui ante impletam conditionem rem pure pignori accepit. l. Titius. 4. qua Rei pign.*  
*oblig. ponit ubi Cusac. 8. quaest. Papin. Unde non ideo secundus creditor praefertur in d. 52.*  
*quod prior obligatio non sit conditionalis, sed quod fuerit sub potestativa conditione contracta-*

N. 32.

Constat jam, necessariam demonstrationem con-  
 ditionale omnino reddere legatum quoad omnes effectus, si in futurum tempus conferatur,



Nunc de demonstratione in praesenti, vel praeteritum tempus collata dicamus, quae maximè dif-  
 fert à demonstratione in futurum tempus. Collata haec enim, ut ex disputatione liquet, non potest  
 non esse necessaria, et omninò injicit legato conditionem; illa vero quando hoc, necessaria ali-  
 quando superflua est; necessaria est, quae rei alia non designata demonstranda causa subiectum;  
 Superflua, quae rei satù designata demonstranda gratia adhibetur. Necessaria demonstratio  
 in praesenti, vel praeteritum collata, abique qua de re legata non constat, conditionem quidem in-  
 jicit legato, quae aut satù ipsum infirmat, si falsa est, aut omninò non differt, si vera est, cum  
 non pendat ex aliquo eventu, ut dixi num. 4. ex l. Conditi. l. 1. de V. O. cum similibus. Et sic  
 spectant tñ. in l. Si servus. l. 8. Quodcumque. l. 1. de leg. l. 1. de Dote praesig. in quibus si  
 legentur centum, quae sunt in arca, si nulla sint, si nihil debetur. Cujus rei ea ratio  
 videtur, quia testator legans quantitatem circumscriptam certo loco, non tam quantitatem,  
 quam corpus stans tali loco, creditur legare; quantitas enim loco circumscripta gerit  
 vicem speciei. l. Tali. l. 30. Si legatus. l. 6. l. Planè. l. 31. Sed hoc ita l. Sed si certo. l. 1. de  
 leg. l. 1. In ratione. l. 30. Si vero certo. l. ad leg. l. 1. de leg. l. 1. Sed cum. l. 1. Ve legator. nom. cav. l. Si  
 certo. l. 32. de V. O. proinde si eo loco pecunia non invenitur, inutile est legatum, quod corpus,  
 quod non est in rerum natura, legatum fuit. arg. tñ. in l. 1. de penult. de Cond. et Dem.  
 et si minus invenitur, quam à testatore dictum est, ea solum quantitas debetur, quae in-  
 venta fuit, et e converso si maior invenitur, solum debetur quantitas nominata à tes-  
 tatore, quia non solum legavit quantitatem circumscriptam loco, sed certo numero, et it  
 locum ipsum, ita observari numerum convenit simul cum loco; citra locum vero nulla nu-  
 meri habetur ratio. docet Cujac. ad African. in d. l. 1. l. 8. l. 10.

12. 36

N. 33.

Sed opponuntur quamplura argumenta, et  
 argui potest ex d. l. 1. l. 8. l. 10. ubi si mortis tempore plena fecerit, et postea aliquid  
 perierit, periculum ad heredem spectat: quod quantitas circumscripta certo loco non gerit  
 vicem speciei. Prob. conseq. Ea differentia inter debitorem quantitatis, et speciei est, ut  
 debitor quantitatis nunquam rei interitum liberetur d. l. 1. l. 8. l. 10. de oblig. et act. l. 1. l. 1. Cod.  
 Si certum petatur, ubi Cuiac; debitor vero speciei re perempta abique culpa sua libera-  
 tur. l. Quod re. l. 5. de reb. cred. l. Si et legati causa. l. 13. de V. O. quod cum in d. l. 1. non liberetur  
 haec interitum quantitatis, convincitur, quantitatem circumscriptam speciei vicem non  
 gerere. Respond. debitorem quantitatis in locum circumscriptum ejus interitum liberari,  
 si sine facto suo pereat d. l. 1. l. 30. l. 4. ad leg. l. 1. l. 32. de V. O. secus vero si ex facto suo  
 contingat, id, quod dicitur de debitore speciei, dicendum est de debitore quantitatis cir-  
 cumscriptione. Quapropter, ut animadvertit Cuiac. l. 5. ad African. in d. l. 1. l. 10. supponendum  
 est, quantitatem interitum ex culpa heredi; alia enim ejus periculum ad legatarium  
 spectaret. Argui etiam potest ex tñ. in l. Quidam. l. 96. in prin. de leg. l. 1. ubi testator, qui  
 quadringentis aureos legavit, jussit certam quantitatem prestare ex eis, quos in Castris  
 habebat; si enim in castris nulla pecunia reperitur, ait Iulianus, nihilominus qua-  
 dringentis deberi: quod legatum quantitatis circumscriptae conitit, et si non invenitur in  
 eo loco quantitas. Verum ex ipso tñ. constat solutio; nam cum testator ab initio puxit  
 quadringentis aureos legasset, licet postea jussit ex eis aliquos solvi, ex his, quos  
 in Castris habebat, creditur potius heredibus demonstrare voluisse, unde pecuniam  
 sine re familiari in eo modo contrahere possint, quae conditionem injiciunt. Quae con-  
 jectura ex eo etiam derivatur, quod testator jussit, partem solvi à servo actore, partem  
 ex his, quos habebat in numerato, ita Cuiac. in d. l. 96. Nota illa Verba Conditionem  
 injicere, quae denotant demonstrationem necessariam conditionem legato injicere, ut capi  
 avertisimus =

22. 32

N. 34.

Eodem modo intelligi. et tñ. in l. Paula. l. 21. l. 5. de leg. l. 3. ubi quidam alumno  
 suo. l. 50. legavit, quae jussit à Colono suo ex pensionibus fundi ab eo debiti prestari, et



Colono quidam legavit, Ficus movis controversiam de hereditate, et jura Procuratoris fisci  
ei Colonus pecuniam solvit, mox heres scriptus fisco obtinuit, decemque Attumus, cui quin-  
genta legata fuerunt, ejus heredes petebant fideicommissum a Colono, Velejus heres, ait Paulus,  
Imperatoris placuisse, Colonus, vel heredem ejus non teneri prestare fideicommissum, sed potius  
testatoris heredem, quia videtur testator demonstrare, unde heres pecuniam contraheret, et le-  
gataris acciperet. Cujus doctrina ut ratio pateat, notandum est, post Theophrastum Divi Pij  
omnem debitorem posse onerari fideicommissum; Cum enim debitor pecuniam alteri prestare  
juberetur, intelligitur ei remissio debiti per fideicommissum relicta, et heredem petentem per  
exceptionem doli posse submovere, quapropter utile est fideicommissum ab eo relictum. l. q.  
Si pecunia. d. de leg. 1. et fideicommissario competere electio, an agere velit adversus heredem  
ad cedendas actiones, an adversus debitorem. l. Cum qui decedens. 3. d. S. Pater. 3. de leg. 3.  
tota. sic intelligitur in l. tot. d. S. Qui margarita. 13. de leg. 1. ut recte contra Anton. Fab. lib. 4. Con-  
jectur. cap. 11. fundat. Oruald. lib. 6. Commenc. cap. 7. l. 1. h. Verum cum fideicommissarius experiri-  
tur adversus heredem, non tenetur heres pecuniam solvere, et si debitor idoneus non sit, sed  
solum ad cedendas actiones. l. Lucius. 88. de leg. 2. Ex quibus principiis fuit, nisi fallor,  
Ratio dubitandi ad d. l. 2. d. S. fin. de leg. 3. Videbatur enim dicendum, legatarium solum  
posse agere adversus heredem, ut sibi cederet actiones contra Colonus, a quo ei fideicom-  
missum relictum fuit, non ut pecuniam prestaret. Sed decisiva ratio in eo stat, quod non  
creditur testator fideicommissum debitorem onerare, sed heredem demonstrare unde com-  
modius pecuniam solveret. Quae conjectura voluntatis ex eo demonstratur, q. testator So. sine  
aliqua additione legavit ab initio, ut licet postmodum ea Colono prestari juberetur, id cre-  
ditur adjecisse demonstrationis causa, unde debitor non fuit oneratus fideicommissum, ex  
eadem ratione heres non liberatur cedendo actiones, sed pro pecuniae solutione; alias  
enim si ab initio heres gravatus esset ex pensionibus debitis a Colono, pecuniam pre-  
staret etiam si Colonus gravatus solum actiones reddere tenetur ex d. l. 88. d. de leg. 2.

N. 35.

Deinde Obijciunt tota in l. Si ita stipulatus fuero. 120.  
de Verb. Oblig. ubi si ita stipulatus fuerit aliquis hanc summam centum aureorum, si  
centum non sint, nulla dicatur stipulatio: q. patet in d. l. tot. d. S. to. Nullum debet esse  
legatum, si integra quantitas a testatore nominata loco, quo circumscripta est, non invenia-  
tur. Omnium Antiquorum solutionibus, notat Pichardus in S. Praeter. 7. In re de inutili. sti-  
pulat. n. 22. quem sequitur D. Santos ad d. l. 1. de Cond. et Dem. num. 7. respondet, q. cum  
Papinianus proponeret, stipulationem illam non esse conditionalem, id probavit ex Verbo.  
Quoniam ex eo, quia si esset conditionalis, et centum non inveniantur, stipulatio nulla  
est, conditione, sub qua concepta est, deficiente: Cum q. Valeat stipulatio, quod pro constanti  
supponit Consulens, manifeste sequitur, eam non esse conditionalem. Sed haec interpre-  
tatio ex ipso textu convincitur, cuius Verbi, et menti repugnat. Omnia etiam solutione  
Cujacij lib. 37. quae Papin. in d. l. 120. Respondendum est, hanc esse sententiam Papinianam,  
scilicet quod haec stipulatio hanc summam centum aureorum conditionalis non est, et si  
ex mente contrahentium hunc sermonem inesse injiciunt propter Verbum, si modo cen-  
tum aureorum est, quod contingit, cum ita demum contrahentes stipulationem utilem esse  
volunt, si summa centum aureorum est, qui forsitan ex onerosa causa eam conficiunt. ar-  
gum. tota in l. Si dua. 52. ff. Locati. Nam et si Verbi id expressum esset, stipulatio non esset  
conditionalis, quoniam vel summa est centum aureorum, et ab initio utilis est stipulatio  
purae contracta, aut summa non est centum aureorum, et tunc ab initio est inutilis, idque  
senius Consulens suadet subjecta Ratio, scilicet quia sermo, qui ad praesens tempus refer-  
tur



tur, non habetur in ista conditione, et si contractus rei peritatem ignorent: itaque in hac  
 l. No. jacet exceptio regula tradita in d. S. to. quae fluit ex voluntate contractuum, a qua  
 leges contractus accipiunt. l. Contractus. 23. de Reg. Iur. Tradunt hanc solutionem Duaren. et Do-  
 nell. in d. l. No. Cora lib. 1. select. cap. 2. quam textui congruentem esse agnoscunt, sed cogitandum  
 posse dici idem Papinianus, et Africanus docere; nam Papinianus non aserit, utilem esse  
 stipulationem, si minor sit summa, sed inutilem esse, si non sint centum aurei, scilicet si  
 nulla summa reperitur; quapropter ait, quod licet illa stipulatio sic accipiatur, si modo  
 centum aureorum est, id est si centum aurei sint loco designato, adjectio non facit conditionem  
 utpote in praesens tempus collata, quod idem tenet Africanus in d. S. to.

N. 36.

Argui etiam potest ex tui in l. Peculi-  
 um. 65. S. Quadrage. t. de leg. 2. ubi si quadrage legatur, equo uno postea perempto, totum le-  
 gatum extinguitur: q. pariter cum legatur certo loco quantitas circumscripta, si minus  
 invenitur, totum legatum debet corrui. Sed facile solutio datur; Multum intus inter  
 legatum quadrage, et legatum quantitati circumscriptae; nam equo illo perempto, qui ut  
 ponit Papin. in d. l. 65. demonstrabat quadrage, qui scilicet eminentior, et omnium prestan-  
 tissimus erat, ex quo potissimum quadrage clarecebat, ut exponit Cujac. 16. quaest. Papin. qua-  
 drage esse debere; tres enim, qui superunt, quadrage non possunt facere, proinde corrui le-  
 gatum. argum. tui in l. Proinde. 22. S. t. ad legem Aquil. l. Si id quod 58. Pro Socio. l. Cum ejusdem.  
 34. S. t. l. Adibus. 38. S. ff. de Ad. l. r. Edict. quapropter aliud dicendum erit, si aliter equ-  
 us fuerit peremptus, nisi quadrage usufructus legatus erit; tunc enim indistincte uno per-  
 empto legatum corruiet. l. Quia tamen. 10. S. fin. Quib. mod. usufr. amitt. Donell. lib. 10. Comm.  
 cap. 18. ubi Orinald. tit. 9. Nisi quatuor equi legati proponerentur; tunc enim huius proprietatis,  
 sive usufructus legatur indistincte, licet prestantior equus moreretur, in residuo lega-  
 tum corruiet. d. l. 10. S. fin. quia non corpus unum quadrage legatum fuit, sed quatuor equi  
 separati legati fuerunt: pariter ergo cum centum, quae sunt in arca, legantur, et si minor ibi  
 summa reperitur, in ea corruiet legatum, quia in summa maiori continetur minor. l. Di-  
 summa. 22. S. Si plures. 3. de Recept. arbit. l. 5. Si stipulanti. 4. de V. O. Videndi Reperentes in S. Pra-  
 zerea. 7. In tit. de Inutilib. Stipulat. l. In eo. 110. de Reg. Iur. l. Si unam. 22. S. Secunda. S. de Pra-  
 zeri. Nec huius Regula obstat tui in l. De arate. 116. Qui ex quadrante. 2. de Interrogationib.  
 in Iure fac. ibi enim non ideo ibi, qui cum erit haerit ex quadrante respondit, se esse haeredem  
 ex aie; in aie ex illo Edicto convenitur, quia in aie non continetur quadrans, sed in pa-  
 nam mendacij, quia decipere volunt interrogantem, sic Anton. Faber in Variation. ad d.  
 l. 11. S. t. et 2.

Quae diximus de quantitate certo loco circumscripta ad Relativum praesen-  
 tis temporis, producenda sunt ad cetera rei quoque, quae pondere, vel mensura constant,  
 ut si legentur auxipondo dua, quae sunt in arca, aut vini amphora dua, quae sunt in  
 cella vinaria, aut fragmenti modi decem, quae sunt in horreo, ut ex paritatis ratione do-  
 cet Cujac. dicit tract. 5. ad African. in d. l. 108. S. to. de leg. 1. et probat tui in l. Si quis servum. 8.  
 S. Si quis legaverit. 2. de leg. 2. quo facit Regula tui in l. Cum rei. 47. S. to. de leg. 1. Sed opponi po-  
 tere tui in l. Si quis cum fundum. 26. de actioni. Empti, ubi qui fundum vendidit, ei dicitur ac-  
 curra dolia centum, quae in fundo esse affirmat, et ait Alfenui, quod licet ibi nullum  
 dolium fuerit, tamen centum dolia Emptori debentur: q. pariter cum legatur rei pondere,  
 vel mensura constanti certo loco circumscripta, et si ibi non invenitur, debet corruiere le-  
 gatum. Omnino Anton. Faber in Variationi respondit cum Cujacio in Recitat. ad d. l. 26. quod  
 Venditor non designavit certum corpus dolozum, quod accederet fundo; nam dotea tantum  
 centum fundo accurra dicitur generaliter, non specialiter dotea, quae sunt in fundo, quamvis  
 obiter affirmaverit, ea esse in fundo, locum, in quo erant dotea, non ex loco dotea designavit,  
 denique in Vendendo, non ad locum dotea circumscriptio, sed ad numerum, quem praestare

N. 37.







Si vero igni deponenti legatur, licet ex hac ratione non sit necesse pecuniam depositam esse, tamen si deposita est, requiritur, ut valeat legatum jam ei non deberi; nam legatum debetur a debitore creditori relicto, ut in d. l. 88. §. 10. de leg. 2. ut evidenter probatur, nisi fallor, ex illi verbis: Si non deberentur, quae denotant loqui Scavolam de deposito irregulari, in quo solum quae potest, an pecunia deposita debeat, quia translatum fuit dominium in depositarium, qui non debet corpus, sed tantundem rem, non in Regulari, in quo cum dominium maneat in deponente, vel penes eum, quae potest, an pecunia debeat, sed an sit deponentis, inter quae maximum stat discrimen; ea enim, quae nostra sunt, nobis non possunt dici deberi. l. Quintus Mucius. 27. §. Argentor. 2. l. Scribit. 34. de auro, et arg. leg. 2.

Demonstratio etiam omni per relativum de praesenti, vel de praeterito rei ita incerta, et indefinita, quae sine ea constare non possit, adjecta necessaria est, et injicit legato conditionem. Eleganti modo in l. Nuges. 85. de leg. 3. ubi Pomponius hanc distinctionem adhibet, ut quoties certum corpus legatur, ad praesens tempus adjectum hoc Verbum meum non faciat conditionem; si vero incertum corpus legatur, Veluti ita: Vinea mea, Vertem meam pro conditione accipi, ut ea demum, quae testatoris sunt, videantur legata, licet ex id, quod testator suorum numero habuit, legato cedat. l. Sui. 73. de leg. 3. cui etiam legato demonstrationem inesse Paulus scribit in l. Si ita esset legatum. 7. de auro, et arg. leg. 2. Eandem distinctionem praestat idem Pomponius in l. Quintus. 10. de auro, et arg. ubi aserit, quod si testator ita legaverit: Velimentum, aut Vas, quod ejus causa paratum est falsitas demonstrationis perimit legatum; si vero ita scripserit: Vertem illam purpuream, licet adjecerit, quae ejus causa antea, paratum esset, licet nec empti, nec parata sit, legatum valet, quia certo corpore legato demonstratio falsa apponitur non perimit legatum. Quae doctrina iuxta subjectam materiam exaudirienda est de demonstratione inducta per relativum de praesenti, vel de praesenti, non vero inducenda est de demonstratione inducta per relativum de futuro, cuius falsitate indistincte exerceere legatum jam docuerat Patrus per relativum de futuro, cuius falsitate indistincte exerceere legatum jam docuerat Patrus in d. l. 85. et ex eo nos fundavimus in superioribus. Ulterius probat hanc doctrinam etiam in l. Si ita esset legatum. 7. de auro, et arg. ubi aserit Vlp. in l. Haec venditio. 7. §. Huiusmodi. l. Si quis fundum. 37. de Contrah. empt. ubi aserit Vlp. quod si venditio ita facta sit, quantum pretij in arca habeo, quantum tu eum emisti: aut tibi erit fundus empti tanti quantum a testatore empti est, et nihil sit in arca, et fundus non empti, sed donatus sit, contractus inutilis est, quia deficiente conditione nullum pretij datur, quia de eo non constat: §. semper Vlp. demonstrationem adjectam rei ita incerta, quae sine ea constare non possit, conditionem injicere dispositioni. Nec quemquam turber, quod in d. l. 37. non dicitur absolute conditionalis venditio, sed similis conditionalis; nam id praedicatur de omni conditione ad praesens, vel praeteritum relata, ut supra diximus, et terminus constat ex d. l. 7. §. 1.

N. 40.

Ex quibus fluit, quod si legatur domus adjecta quacunque demonstratione legatum est inutile, si demonstratio falsa sit. Quod ut intelligatur, sciendum est, non omne legatum generi valere; Legatum generi summi, et subalterni praecipuum est, nullum, Veluti si quis substantiam, corpus, aut aliud simpliciter legat; ea namque est huius generis infinitas, ut levissimam, et minimam rem ex eo haberi praerando liberaretur; In genere infimo distinctio est observanda inter rei subjectas, ut si tales sint, quae certam habeant determinationem a natura, ut homo, equus, vox, equus, lanx, earum rerum generaliter relictarum legatum habeat. l. Cum certis. 13. l. Legato. 37. l. Si servus. 108. §. Cum homo leg. de leg. 1. l. Si exedat. 25. §. Si incerto. 11. famul. Exci. quia certa saltem est rei legata demonstratio; si vero a natura determinate non sint, sed tales sunt, quae demonstratione hominum constituentur, ut fundus, et domus, si testator nullas res, aut fundos habuerit, earum rerum simpliciter relictarum legatum inutile est. l. Si domus. 11. de leg. 1. l. Cum por. 69. §. Genera. de Luxe dot. l. Ita stipulatus. 115. in prin. de V. O. quia cum fundus, et domus affectione nostra consistit. l. Quod in rerum. 24. §. penult. de leg. 1. et respectu legati gleba una sphaera dicitur fundus ponit. l. Locum. 60. de Verb. Signif. et minima quoque materia domus

N. 41.



Rectè dicatur, certa n̄. è demonstratio, quod n̄. testator fundos, aut heredes habuerit, & dicitur simpliciter legatus, vtile est legatum, sed Ratio Iuris suadet Valere, idem de fundo dicendum è, quod de domo. Donell. lib. 8. Comment. cap. 19. et in d. l. 115. de Verb. Oblig. n̄. 19 ubi disputat de stipulatione Duaren. in d. l. 33. de leg. 1. Vltimus, si nummi legentur generaliter, nullum è legatum; Necesse è enim adici numerum t̄. n̄. intelligi in l. Nummi. 75. de leg. 3. Cujac. in d. l. 13. de leg. 1. quod idem dicendum è. de Rebus pondere, vel menzura constantibus. l. Triticum. 94. de V. O. n̄. contraria sit Voluntas testatoris. t̄. n̄. intelligi in l. Quidam. 7. de Tritic. Vino, et Oleo leg. Verum quod de pecunia diximus, locum n̄. habet, nisi aliunde de certa quantitate constet, Veluti ex fine dandi, si ad Refectionem Via legentur. l. Quidam. 30. de leg. 2. Vel si alius legentur pecunia ad Viaticum, Vel ad alimenta. l. Si cui annuz. 12. de annuz. leg. l. Cum alimenta. 22. de aliment. leg. Donell. in d. l. 115. n̄. 14. et 15. Comment. cap. 4.

N. 42.

Hic supponitur D. Sants ubi supra n. 9. sequentem distinctionem assignat. Si demonstratio adjecta sit legato generis summi, aut subalterni, aut ejus generis infimi, cujus speciei n̄. habent certam demonstrationem à natura, si ex eis nullas testator reliquit, ejus falsitas non infirmat legatum, quia abique demonstratione legatum n̄. consistit, ut diximus; Si vero adjecta sit legato ejus generis infimi, cujus speciei certam demonstrationem habent à natura, ejus falsitas legatum non infirmat; quia etiam abique demonstratione certa è. Vel legata finitio, Veluti si quis legaverit hominem, equum, Urbem, quaz à Cajo emi. Quod idem ostenditur contendit, si demonstratio falsa adjecta sit legato ejus generis infimi, cujus speciei non habent certam finitionem à natura, si aliqua ex eis testator reliquit, Vel legato quantitati incerta, in his casibus, quibus Valere supra diximus: definit itaque generaliter, falsam demonstrationem legatum generis alii validum evadere n̄. posse. Sed fallitur Via doctrinamus; Nam prefata distinctioni expresse resistit Pompon. in d. l. 10. de auzo, et arg. leg. et in d. l. 85. de leg. 3. quia nullam differentiam agnoscit inter hoc legatum: Quæ ejus causa parata sunt, et illud: Vas, aut Vestimenta, quæ ejus causæ parata sunt; sed Verumque per demonstrationis falsitatem extingui docet; cum tamen Vas, et Vestimentum propriam habeant determinationem, solum que consistunt discrimen inter eas, quo legato generico subiecta demonstratio, et casum, quo aditur legato speciei jam designate, ut in l. falsa demonstratio videtur legatum, in l. non videtur. Dicendum è. ergo cum Consulto, indistinctè falsam demonstrationem subvertat legatum genericum, cui fuit adjecta:

N. 43.

Diluvamus præcipua prædicta sententia fundamenta, ex quorum solutione nostra Veritas constabit, Naturæ Ratione, et Autoritate; Ratio hæc est; Falsa demonstratio n̄. vitiat legatum; quia ea detracta validum foret; sed legatum genericum in casibus, de quibus supra simpliciter abique demonstratione Relictum, validum è. g. n̄. debet vitari per falsam demonstrationis additionem. Respondit prædictam Regulam Veram esse, cum demonstratio supervacua è; tunc enim legatum, quod alii haberet, per falsitatem demonstrationis n̄. vitatur; aliud vero dicendum est, cum demonstratio è. necessaria, ut contingit indistinctè, quando genericis legato adjecta; tunc enim Ratione demonstrationis n̄. jam generis, sed speciei legatur, Veluti si quis ita legaverit hominem, quem à Cajo emi, Nemo sanè dixerit, hominem in genere tunc legari, sed in specie illa, quæ à Cajo emptus è; Nam Vagam, et falsam hominis appellationem Relativum resistit, et coheret in specie illius, qui à Cajo emptus fuit; quapropter deficiente demonstratione non datur in Verum natura legata rei; licet enim datur homo in genere, cum genus nunquam pereat, non datur tamen homo in specie; legatus vero fuit homo in specie, n̄. in genere, per consequensque proinde inutile redditur legatum hoc ad legatum quantitati circumscripta, quando loco, quo circumscripta è, n̄. invenitur, ex quibus forma Syllogistica obiecta, distinguo majorem: Falsa demonstratio non vitiat legatum, q. ea detracta validum foret, si demonstratio n̄. immutat naturam, et qualitatem rei legata, ita ut alia sit res cum demonstratione, nego major; sed legatum genericum valet sine demonstratione; con-



cedo minorum: q. n. debet videri per falsam demonstrationem, nego suppositum consequenti;  
 Supponit enim post demonstrationem legatum esse genericum, cum tamen sit specificum, exemplo  
 me expediam: Legatum speciei, Veluti stichi, valet sine ulla demonstratione; et tamen si appo-  
 natum de futuro, Veluti qui meus erit, ejus falsitas videtur legatum, q. demonstratio immutat  
 qualitatem rei legata, et Relativum de futuro rem certam per se reddit incertam, ut in superiori-  
 bus contra Accorram disputavi, sic pariter demonstratio de presenti e converso. Vel praeterito rem  
 incertam reddit certam, genus coarctat ad speciem, et per consequens quando rei incertae adita,  
 ejus falsitas videtur legatum ex rei legata defectu.

N. 44.

Ab auctoritate expedit t. in l. Si ita lega-  
 tum. 65. in p. de leg. ubi testator ita legavit: Sejo sexvov decem do, praeter eos decem, quos Titio  
legavi, siquidem tantum decem inveniantur in hereditate, ait Gajus, inutile esse legatum, q.  
 nulli supererunt; si vero ampliores supererint post eos, quos Titius elegit, Respondet, in ceterum  
 valere legatum, sed non in ampliores, quam decem, qui legati sunt, q. si minus sint, in tanto  
 quanti inveniantur. Nunc sic arguitur supponit cum Cusacio, ideo non debentur sexvov, nisi sint  
 in familia, q. legatum relictum fuit per vindicationem, ut constat ex ipsa forma: q. si relic-  
 tum esset per damnationem, deberentur, et si n. essent in familia: q. falsa demonstratio adjecta  
 generi infimo, cuius speciei habent certam demonstrationem a natura, n. irritat legatum.  
 Verum modus hic facile solvitur. Pareo, quod si hoc legatum relictum esset per damna-  
 tionem, deberentur sexvov decem et si non essent in familia; Nego tamen, tamen inde resulta-  
 ret, quod falsa demonstratio legatum illud n. irritavit, quinimo et nego aliquam fruisse  
 adjectam demonstrationem illi legato; ea enim Verba praeter eos decem, quos Titio legavi, n.  
 demonstrationem, sed exceptionem continent. l. Titio. 36. de leg. quibus in legatum per vindi-  
 cationem relictum significat a testatore, si ita demum si Cajo decem sexvov legasset, si hi post  
 electionem Titij supererint, Titius itaque praeter Cajo in electione, unde legatum Cajo re-  
 lictum modo erit genericum, si post electionem scilicet Titij ampliores quam decem sexvov su-  
 pererint, modo specificum, si decem tantum, vel minus supererint, modo nullum, si nulli rema-  
 neant; at si legatum esset per damnationem relictum, Verba illa solum denotarent, quod ultra  
 decem sexvov legato Titio, Caji dum acciperet, sive in familia manerent, sive non.

N. 45.

Manet ergo ex Pomponio in d. l. de auro, ar-  
 gentoque leg. q. demonstratio adjecta rei, qua abique ea constare non potest, necessaria est, et condi-  
 tionem injicit legato. Sed adversaria t. in l. Cum uxori. 58. de leg. 3. ubi uxori sua quidam  
 ita legavit: qua causa ejus parata erant, deinde purpura comparavit in Provincia, qua  
 tamen non dum adduxit, et ait Ulpianus, purpura ad mulierem pertinere. Tunc sic: Si  
 demonstratio illa necessaria de presenti injiceret conditionem legato, solum ei cederent, qua  
 testamenti tempore parata erant. l. de auro, et arg. leg. non ea, qua post testamentum pa-  
 rata fuerant; Nam Verbum est, Vel sunt; nunquam futurum tempus complectitur. l.  
 Verbum. 123. de Verb. Sign; sed debentur purpura comparata post testamentum: q. demon-  
 stratio necessaria de presenti non reddit legatum conditionale. Responderi potest cum Cu-  
 jacio lib. 12. obiter. cap. 8. quem sequitur Orinaldus lib. 8. Comm. cap. 19. l. c. quod licet in Pandec-  
 ti Florentini legatur qua parata sunt, in alij tamen legatur qua parata erant, qua  
 lectio verior est; ea enim retenta praesens cedunt legato purpura post testamentum completa,  
 cum ea Verba contineant demonstrationem de futuro. Vel retenta Florentina lectione dici  
 potest, testatorem ante factum testamentum purpura comparasse. Nec obstat Verbum illud  
 Deinde; Nam accipi potest pro Uterius, et potest id suaderi ex eo, quod ait Ulpianus,  
 quod vivus comparavit, Nam quando hoc ante testamentum vivus qui dicitur, post fac-  
 tum mortuus. Notat Oroz lib. 4. de ap. cap. 2. n. 4. t. in l. 5. de Regul. Cat. Unde  
 recte cedunt legato purpura, quia Verbum est, praeteritum quoque tempus comprehendit.  
 d. l. 123. de Verb. Sign. et probat t. in l. 45. de leg. 3. Nec ad rem facit, q. purpura adjecta  
 non fuerint: n. est igitur traditio, vel assignatio, sed sola sufficit designatio. l. Item legato. 49.  
 S. Item interit. 3. de leg. 3.

Et ad eam Iunij partem spectat t. in l. Hoc artic. 29. de

N. 46.



Hæred. instit. ubi si quis ita scripserit: Titius, et Sejus quanta quique eorum ex parte hæredem  
me habuerit scriptum, mihi hæres esto. docet Pompon. q. 13, qui testatoris hæredem scriptum n.  
 habuerit, n. admittitur ad hæreditatem; Nam sine demonstratione n. constat de parte, itaque  
 idè n. probatur institutio hæc quod captatoria sit; non enim sunt captatorie institutiones,  
 qua in præteritum, vel præsens tempus conferunt. l. 1. in p. de hæred. instit. ubi testator  
 ita dicit: Ex qua parte Titius me hæredem scripserit, Lucius hæres esto. Et ex s. Celi  
 Respondet Ulpianus, esse conditionalem, proinde nulli partium adscripti inutilem esse, quemad-  
 modum et hæc institutio: Ex his partibus, ex quibus testamento matris scripti fuerint, hære-  
des sunt, Conditionalis è, et deficiente conditione inutilis est. Ex quo constat, nullum  
 discrimen Consultum inter eorum, quo pendet conditio inducta per Relativum de præterito  
 ex facto extraneæ personæ, et inter eorum, quo pendet ex facto testatoris constituisse,  
 sed indistinctè statuisse ex defectu conditionis inutilem reddi institutiones; Veroque  
 casu licet discrimen sit inter eorum, quo conditio assignatione partium inducta per  
 Relativum de futuro pendet ex facto Rei, et casu, quo pendet ex facto testatoris, ut dicitur  
 supra num. 25. Cujus Rei ea est Ratio, quia cum testator dicit: Ex partibus, quas adscrip-  
si, n. dubitatur, an partem adscripserit, necnè; nec enim ulla potest esse probabilis dubita-  
 tio testatoris, cum possit noisse, an partem adscripserit, vel non, nec potest videri par-  
 tibus n. adscriptis ad legi provisionem redisse, eos ex æqui partibus instituendo; quia  
 oratio in præteritum concepta statim Vera, aut falsa è, nec potest quæ in præsentem  
 simul renuntiare dispositioni legi, et ad eam penitenter redire. docet Duarenus in  
 additione de hæred. instit. cap. 3. Mathew Ginabaldus in l. 6. de leg. 1. quem Refert, se-  
 quiturque Osiwald. lib. 6. cap. 2. lit. a. h. Ex quibus facile Refellitur Sabca, qui de errorib.  
 Pragm. decal. 31. ex. to. d. l. 2. de hæred. instit. adscribit Triboniano, qui indignè iniectatur.

N. 4)

Pendet ex his expositio tri. in l. 1. de scriptis. v. l. a. de  
 Bonor. posses. secund. tab. ubi docet Paulus, quod ut bonorum possessio detur hæredi scripto,  
 exigitur, ut demonstratus sit propria demonstratione, et quod portio ei adscripta inveniri po-  
 sset. Ex quo inferitur, quod si ita hæres scriptus sit, ut interdum excludatur ab hæreditate  
 ex eo, quod non invenitur portio, ex qua institutus è, nec bonorum possessionem petere poterit, q.  
 sequenti declarat exemplo, Veluti si quis ita hæredem instituat: Titius quanta ex parte prioris  
testamento eum hæredem scriptum habeo, hæres esto; tunc enim Titius deficiente condi-  
 tione idè excluditur ab hæreditate, quia n. invenitur portio, ex qua institutus è, nec pen-  
 dente quidem conditione poterit petere bonorum possessionem; sciendum è enim, quod licet  
 hæres institutus sub conditione, quia ea pendente n. poterit adire hæreditatem, poterit tamen  
 agnoscere bonorum possessionem secundum tab. qua sine re constituitur, deficiente condi-  
 tione. l. 2. §. 1. l. Si sub conditione. §. l. Id demum. 6. l. Si sexvul. to. de Bonor. posses. secund. tabul.  
 Id tamen ita demum procedit, si constat de portione ei adscripta; alia si certitudo portio-  
 nis ex eventu conditionis pendeat, ea pendente hæredi scripto non datur possessio, ut Paulus  
 scribit in præsentem, et constat ex d. l. 2. §. Si quis ita instituerit. 6. de Bonor. posses. secund. tab.  
 Unde concludit, quod si pars fuit designata, poterit hæres pendente conditione petere bonorum  
 possessionem. Veluti si ita scripserit testator: Titium Sejuz priori testamento ex semine scriptus  
hæredes habeo, vel Sejum Codicillis ex semine hæredes scripsero, ex semine hæres esto. Ex  
 ipsa sanè tri. littera convincitur error Cusacij, qui in præsentem libro 7. quaest. Pauli, qui  
 in his ultimis speciebus putabat, adhuc de præsentem conditione verilem esse institutionem;  
 Cujus tamen sententiam existimarem, si ita concepta esset institutio Ex semine quem  
adscripsi; hic enim cum constat, de parte, frustra exigitur Veritas demonstrationis, et pariet  
 forsan tentari, idem dicendum esse, si ita concepta esset institutio Ex semine, quem adscrip-  
sero arg. tri. in d. l. 2. de hæredib. instit. Convincitur deinde alius error Donelli, qui d. lib. 8.  
 cap. 31. existimavit, nullam esse differentiam inter institutionem ita conceptam: Ex partibus,



quas adiciendo, et ita factam. Si ei partes adiciendo, quae jam rejeci num 29 =

N. 48.

Huc pertinent etiam in l. Item quod Sabinus. 17. §. Sed si alic ex-  
 pleto. 3. Veri. aliter. de hered. instit. ubi avertit Ulpianus, quod si alic expleto aliquis sit heres  
 institutus simpliciter, si non in parte, in alium alicem admittatur. Ex Reg. etiam in l. Si plures. 6.  
 Veri. Partibus. Instit. de hered. instit. Si vero alic expleto testator ita dixerit: Titius ex reliqua  
 parte heres esto, institutio inutilis erit; quia cum nihil reliquum sit, ex nulla parte heres  
 institutus est, et ut recte ratiocinata noverit Pichardus in d. §. 6. n. 17. manifestè ostendit tes-  
 tator, lubricam, et inanem institutionem se facere ex nulla parte cum heredem scribere. Cum  
 ergo certitudo partu pendeat ex illa demonstratione, ejus falsitas institutionem infirmat.  
 Similis est etiam in l. Qui n. militabat. 18. §. Sejus. Vlt. de hered. instit. ubi quidam instituit Ma-  
 rius ex parte, quam per legem capere potest, ex reliqua Titium, si Marius capere potuerit  
 solidum. Respondet Papin. institutionem Titij inutilem esse; Cum tamen Titius simpliciter  
 institutus ad alium alicem esset admittendus, ut idem Papin. definit in l. Quod si. 19. de He-  
 red. instit. e converso vero si Marius nullius partu sit capax, in totum admittitur Titius.  
 l. Quod si. 80. de hered. instit. l. 2. C. eod. tit. Veridica, vel reliqua partu appellatione etiam  
 ai continetur. l. Cum optio. 17. de optione leg. l. Potest. 15. l. Ceterorum. 160. de Verb. signif.  
 Unde ex illius veritate, vel falsitate pendet institutionis utilitas, vel inutilitas, parti-  
 tione, et si testator cum alicem jam exceisset, forte quia duos heredes instituit, 1<sup>um</sup>  
 ex ser. vncijs, 2<sup>um</sup> ex octo, 3<sup>um</sup> ex reliqua parte, ut nulla portioni facta mentione here-  
 dem instituerit, tertium admittitur ad id, quod dupondio deest. Elegans etiam in l. Ex vncijs. 87.  
 de hered. instit. Ex Reg. etiam in l. Sabinus. 18. eod. tit. in qua specie in dupondium  
 esset expletum, tertium simpliciter institutus, aliud alic aufere, fieretque transitus  
 ad dupondium. Ex regula etiam in §. Et si plures. 8. Instit. de hered. instit.; institutus vero  
 ex reliqua parte nihil haberet, ut potè inutile, facta institutione ex defectu necessaria  
 demonstratio =

N. 49.

Ex dictis num. 16. potest explicari difficultas etiam in l. 19. ff. de hered.  
 instit. ubi testator, qui quosdam heredes instituerat, vacua parte relicta, ita instituit.  
 Si mihi Sejus heres n. erit (quem non instituerat) Sempronius heres esto. Quærit  
 Ulpianus, an Sempronius admittatur ad vacantem portionem, et ait, Pergamus existima-  
 sse ad eam partem admitti, ea forte ratione motum, quod illa conditio: Si mihi Sejus  
 n. erit, existit, cum Sejus n. est institutus, videturque ex eo genere conditionum, quæ ne-  
 cessaria dicuntur, nec possunt non existere, cum fieri n. possit, ut heres sit extra-  
 neus, qui scriptus n. est. Sed tamen ex plurimum Consultorum ss. conclusit, ad eam  
 portionem admittendum n. esse, ea eleganti ratione, q. huic Sempronio præter da-  
 ta, quæ nulla esset, quæ sic explicanda est: In hac specie ea parti Sempronio data est,  
 quæ Sejo data erat, proindeque nulla, cum Sejo nulla data esset, similique est hac ins-  
 titutio illi, de qua in d. l. 2. de hered. instit. Ex qua parte Sejum heredem scripsit, si ille  
 heres n. erit, Sempronius heres esto, quo casu nemo dubitaret, quin si ex nulla parte  
 Sejus heres scriptus esset, nec Sempronius quidem utiliter institutus esset, quod evenit pro-  
 culdubio in serie etiam in l. Julianus. 15. de hered. instit. Anton. Faber lib. 9. Conject. cap. 20.  
 Sic d. l. 19. subtiliter interpretatur, exploris erroribus, et emendationibus Accursij,  
 quem Antiquiores sequuntur, et Antonij Augustini, explorata etiam interpretatione  
 Cujacij in Recit. ad illum etiam, quem sequitur D. Santsi ubi supra n. 18. qui avertit,  
 Sempronium substitutum Sejo fuisse; quare cum substitutio sit in locum alterius sub-  
 rogatio. l. 1. de Vulpaxi, et Sejus non fuerit institutus, n. potest Sempronius dici substitui-  
 tutus, et per consequens idco n. admittitur ad vacantem portionem, quæ ss. convincitur ex  
 ipso etiam, in quo Ulpianus Sempronium institutum, n. substitutum appellat.



Expectat etiam ad hanc Iuris partem eam in l. Si sic leg. 75. §. Si mihi. t. de leg. 1. l. Legavi 25. Verum. Contra. de Liber. leg. in quibus si quis rem legaverit: Legatio, quod ei debet, non adjecta quantitate, si nihil debeat, nullum est legatum ex ea evidentem ratione, quia non apparet, quantum fuerit legatum; constat vero tunc demum falsam demonstrationem inferre legatum, cum abique ea de re legata non constat. Idem cautum non invenitur in l. Si non designata. 3. et in l. No. h. tit. et in §. Sed si Noxi. 15. in fine. Instit. de Leg. ubi si maritus nullam dotem accepit non designata quantitate, vel nullis corporibus demonstrati Noxi simpliciter dotem legaverit, ex eadem ratione dicitur, inutile esse legatum. Sed argui potest ex l. In testam. 21. de Cond. et Dem. ubi quidam testamento fuit, ut sibi monumentum fieret ad exemplum ejus, quod in Via salaria esset Publii Septimi Demetrii, et nisi falsum esset, haereditas magna poena mulcravit, cum nullum tamen monumentum reperiretur, suspicaretur tamen haereditas testatoris Voluisse monumentum fieri ad exemplum alterius, quo erat Publii Demetrii, quarebari, cujusmodi monumentum facere oporteret, si poenam evitaret? Et respondet A. Genui, quod si ex conjectura appareat, quod monumentum demonstrare Voluisset testator, tamen in scriptura error intercederet, id fieri ab haerede debet; si autem Voluntas ejus proxiu motu, tamen haereditas monumentum tenenda extruere secundum substantiam, et dignitatem defuncti. Tunc sic: En ubi licet de re omnimoda incertitudo, falsa demonstratio non liberat haereditas ab onere extruendi monumentum: §. nec debet legatum irritari, et si abique ea de re legata non constat; et in legato dotis augetur difficultas ex l. Cum post divorcium. 69. §. 4. de Iure dot. ubi si gener a socio dotem simpliciter non demonstraret, vel quantitatem fuerit stipulatus, stipulationem utilem esse respondet Papin. non obstante ratione incertitudinis, quod dos pro modo facultatis Patris, et dignitate mariti constitui potest: §. idem dicendum erat in legato dotis.

N. 51.

Verum respondeatur, quod in serie eam in d. l. 21. et si non reperitur monumentum illud, ad cuius exemplum alteri sibi fieri iussit testator, non tamen datur omnimoda incertitudo, nam monumenti constitutio ex Iure, ex legibus certitudinem accipit, vel favore Religionis reducitur ad arbitrium boni Viri, ad quod plerumque monumenti constitutio referebatur. l. 6. l. 40. §. 5. de Cond. et Dem. l. 11. de Condit. cau. dat. l. 30. de leg. 2. l. 14. de annua leg. et licet testator iubeat monumentum simpliciter fieri, teneatur haereditas illud extruere. l. Haereditas. 50. de Pet. haeredit. quapropter demonstratio illa superflua est, quemadmodum et ejus falsitas a monumenti extruere haereditas non redditur immune, quod convenit testatoris Voluntati, qui ideo iussit, monumentum fieri ad exemplum alterius, ut secundum dignitatem fieret; fit autem iuxta dignitatem suam, licet illud, ad cuius exemplum fieri iussit, non reperitur; ac vero cum qui legat alteri simpliciter, quod ei debet, nullo debito apparense, non constat, quid legatum sit, et alia huius incertitudinis lex non occurrat, et proinde inutile est legatum. Nec tunc obstat instantia circa legatum dotis deducta ex d. l. 69. §. 4. Cui ut respondeatur, animadverto, multum incertum, an ipsa mulier, vel extraneus simpliciter dotem promiserit, an pater mulieris, prioris casu nulla est promissio propter incertitudinem. l. 1. C. de Doti promiss. posteriori casu utilis est. d. l. 69. §. 4. Cuius discrimini ratio est, quia officium Patris est dotare filiam pro modo facultatum suarum, et dignitate mariti, nisi de certa quantitate convenisset; Unde promissio et Iure, et legibus accipit certitudinem. l. 19. de ritu Nuptiar. sed nullus ex legibus est modus, nomine dotis, ad quem mulier, vel extraneus citra conventionem teneatur; Unde si dotem simpliciter promiserit, inutile est promissio ob incertitudinem, cui lex non occurrat, nisi adjectum quam postea arbitrari fuerit, quia in boni Viri arbitrium tunc collata intelligitur dotis constitutio, docet exploratum plurimum erroribus Duaren. lib. 1. dig. cap. 58. Cujac. lib. 4. Respons. Papin. in d. l. 69. et probatur ex l. 3. C. de Doti promiss. Ex quibus jam est manifesta solutio; nam cum legibus non



Sic praesentis modus legatus datus a maximo relicto ratione incertitudinis nulla dote accep-  
ta nullum est legatum.

Pari ratione si quis ita legaverit: Lego Sempromio, quod mihi Titius  
debet, si Titius nil debeat, nullum dicitur legatum esse in d. l. 75. §. 4. in prin. de leg. 1. et idem  
accidit, quod Ulpianus scribit in §. seq. ejusdem l. scilicet, quod si quis ita legat: Decem, quae  
mihi Titius debet, Sempromio lego, et Titius nil debeat, inutile est legatum; nam in hac le-  
gandi formula n. quantitas legatur, sed species, hoc e. quantitas circumscripta, et unita illi per-  
sonae, et obligationi, in summaque actione, quam contra Titium habet testator; Unde si Titius revera  
deberet, haec n. cogereur praestare decem legatum, sed solum actionem contra debitorem,  
vel servum. l. Servus filij. 44. §. Sed et si nomen. 6. l. Legatum. 70. §. de leg. 1. l. Nomen. 34. l. Chi-  
rographum. 59. in fine. de leg. 3. §. Tam autem. In it. de leg. 1. §. e. conversio si Titius nil debeat, cum  
nulla sit actio, nullum esse legatum ex defectu rei legata, quasi rei legata fuerit, quae n. e.  
in rem natura, quod ex eo confirmat Consultus, quod si vivus exegerit testator pecuni-  
am, exstinguetur legatum. l. fideicommissum. 11. §. Ergo et si nomen. 13. de leg. 3. d. §. 2. In it.  
de leg. quia pervenerit ad eam, a quo incipere n. potest: §. actio tantum continetur in le-  
gato, et per consequens fortiori ratione si ab initio nulla sit actio, ab initio inutile debet  
esse legatum. Huc optime conducit, quod ipse Ulpianus ait, scilicet, multum increpere inter  
falsam demonstrationem, et falsam conditionem, si ve causam, docent, illa Verba: Decem, quae  
mihi Titius debet, demonstrationem n. facere, sed exprimere vim conditionis, et causam legati  
idem dicitur legatum ipsum, ut Cujac. interpretatur; Nam non est novum, ut Verbum Condi-  
tio legati denotet statum legati, et legatum ipsum, ut constat ex l. Si fundum. 88. §. Si liber-  
tus. 4. de leg. 1. Verum n. ita intelligendus e. Consultus, quasi sentiat, legatum illud n. continere  
demonstrationem. Id enim falsum esset, sed potius quasi dicat, n. demonstrationem solum, sed  
etiam conditionem continere, et unico verbo n. superfluum, sed necessariam demonstrationem,  
ut sensus sit, falsitatem demonstrationis supervacua n. veritate legatur, falsam vero condi-  
tionem, id est necessariam demonstrationis falsitatem legatum excedere ex rei legata defectu.

N. 52.

Ad plenum intellectum hujus rei repetendum

est, quod dicitur, nempe legatum hoc exstingui per exactionem debiti factam a testatore, quod  
probat rōi. in l. Si id. 21. de liber. leg. fortiori ratione, quam ubi rei legata postea alienata;  
Nam rei si alienata esse, duxat legatum, quod consistere potest, licet rei aliena facta sit; ac  
cum nomen exactum est, exstinguitur ipsa debiti substantia, hoc e. illud ipsum, q. legatum  
e. perimitur, frustra que desiderabit legatarius ubi actiones cedit, cum nulla supervenit,  
Ex quo insignis. In ite differentia inter alienationem rei legata, et exactionem debiti legati;  
per alienationem enim rei legata n. alia legatum exstinguitur, quam si adimendi legatur  
animo alienatio intervenit. §. Si rem suam. 12. In it. de Legati, qui animus ex alienandi  
causa induitur. d. l. 75. §. Si rem. 12. de leg. 3. at legatum debiti per qualem qualem exactionem  
exstinguitur, quia deficit ratio, quare legata fuerit. d. l. 21. de liberat. leg. quemadmodum etiam  
si causa alienationis sit merè voluntaria; si tamen legatarius probaverit, testatoris n.  
habuisse animum adimendi legatum, n. exstinguitur legatum, ut constat ex contraxio sennu  
ex d. l. 75. §. Si rem. 12. de leg. 3. sic pariter et si debiti legatum a testatore exactum sit; si  
tamen legatarius probaverit n. exegisse debitum animo exstinguendi legatum, sed potius  
ut ipse exactam pecuniam ab haerede consequeretur, n. exstinguitur legatum; nam tunc legatur  
debiti in legatum quantitas translatum, seu transfusum intelligitur. l. penult. §. Ut de  
adim. leg. sic docet, licet n. sic exprimet Vinn. in d. §. 2. et 3. in nota qua intelligit e.  
rōi. in d. l. 75. §. 3. ut patet cum §. 12. anteced. a contraxio sennu judicaverit per alienationem  
voluntariam n. exstingui legatum, si legatarius probaverit, testatoris animum adimendi  
legatum n. habuisse. Ex hoc recte inferitur in §. 3. quod pariter licet legatum exstingatur per  
a qualem exactionem debiti, tamen si legatarius contrariam testatoris voluntatem ostenderit,

N. 53.



N. 54.

adhuc perseverat, agit de informatione legati debiti, pro eius exacte. Menoch' de Præsumpt. 2. 2. tom. lib. 4. præsumpt. 168. Constat q. fortiori ratione inutile esse hoc legatum, si ab initio nulla sit actio =

Quibus opponi poterit difficultas Iuliani decisio in l. Si damnatus. 10. de Liber. leg. ubi hæres damnatus fuit a fideiussore n. petere, et quod Verum debet, fuit iuris Titio dare, ait Consultus teneri hæredem liberare fideiussorez per pactum, n. per acceptilationem. Proxeditura ulterius, et ait, q. si hæres damnatus sit a Verò n. petere, et damnatus sit Titio dare, quod fideiussor debet, tenerur Verum per acceptilationem liberare, et legatario licet æstimationez confexerit, id e. eandem quantitatem, quam fideiussor debebat; Tunc sic; En ubi testator legavit Titio dare, quod fideiussor debet; et tamen licet nil debeat fideiussor, ut pote liberatus per liberationez Verò principaliter Relictaz ex Verò. 10. in l. Si quis Verum. 5. de Liber. leg. conserit legatum, et tenerur hæres quantitatz debitam a fideiussore legatario solvere: q. quoties qui legat alicui certam quantitatz, quam Titius ei debet, et si nullum sit debitum, debet conserere legatum. Nec difficultati satisfacet, qui dixerit, ideo legatum hoc utile esse, quia testator sciebat, nihil debere fideiussori; quapropter creditur legare quantitatem, non actionem; doctrinam Verò inductam ex d. l. 75. §. 2. procedere, cum testator existimabat, Titium debere. Nam solutio hæc ex infra dicendis satis refellitur. Respondendum q. e. in eo totum nullam interuenisse necessariam demonstrationis falsitatem, sed eam quantitatem, quam Verò Verum principaliter, et fideiussor debeant, duobus fuisse relictam, nempe Verò principaliter, qui ideo liberatus per acceptilationem. ex d. l. 5. de Liber. leg. et alteri cuidam Tertio, cui legatum fuit, quod fideiussor debebat, et per consequens quod Verum principaliter, cui quidem 3. n. dimidia quantitatis summa solvenda e. sed in egra quantitate, quia legatum, ut ex totum constat, legatum fuit disjunctum per damnationez; quoties Verò eadem rei duobus junctim per damnationem legatur, Iure antiquo n. extinguatur inter eos legatum, sed eadem Verique in solidum dari debet, uti rei ipsa, alteri æstimatio, ut constat ex Ulpiano in fragment. tit. 24. de Leg. 5. Si per damnationem. 12. ex Cajo lib. 2. Instit. tom. 5. §. Inter legatum, ex Paulo lib. 3. Sentent. tit. 6. de Leg. 5. Interdum. 2. et ex Iustin. in d. l. Unica. 5. Verò autem. 11. Verò. Si autem. C. de Caduc. toll. Ex qua doctrina intelligitur totum in l. Non quocumque. 82. §. Qui hærum. 5. de leg. 1. l. Qui duos. 13. §. 1. de leg. 2. tradit hanc solutionem D. Sane ad l. 11. de Cond. et Dem. ubi supra num. 12. ex mente Cusac. lib. 33. ff. Iulian. in d. l. 19. et in d. l. 82. §. 5. 55.

N. 55.

Potest etiam argui ex totum in l. Cum Titius. 16. §. Hæres. 3. de leg. 2. ubi ita legavit testator: Hæres meus Titio dabo, quod ex testamento Sempronij debetur mihi. cum Iure novationis, quam testator ante fecerat, nihil ei ex testamento Sempronij deberetur. Respondet Papin. falsam demonstrationem legato n. obesse: q. n. recte contrarium huc, que asserimus. Sed facilis est solutio; Nam Verum e. eam quantitatem debere testatorem, licet enim n. deberetur ex testamento, debetur tamen ex stipulatione; per novationem enim non omnino perimitur obligatio, sed Verum sublata nova constituitur: itaque, ni fallor, demonstratio illa partim e. necessaria, partim est superflua; quatenus exigit debitum, necessaria est, quatenus exigit deberi ex testamento Sempronij, superflua est; Unde cum sit Vera illa demonstrationis pars, qua necessaria e. scilicet cum Verum sit, eam quantitatem deberi testatori, licet alia demonstratio, qua necessaria e. falsa sit, cum falsum sit per novationem quantitatis deberi ex totum partem, qua superflua e. falsa sit, cum falsum sit per novationem quantitatis deberi ex pristina obligatione, n. ob id debet Verari legatum, idque sibi voluit Consultus, dum respondet falsam demonstrationem n. obesse legato, indicans, illam partem, qua demonstrationez continebat, falsam fuisse, illam autem, qua conditionem simul, et demonstrationez habebat, Veram fuisse quin imò expremum subiungit, nec partem quidem superflua demonstrationis in totum falsam fuisse; Nam potest in totum videri falsa, quod Veritati primordis adjuvatur; nec enim necessaria extinguit promptam memoriam, et eam pristina obligat. Unde licet proprie post novationez n. potest dici deberi ex pristina obligatione, improprie tamen id dici potest, cum pristina obligatio quoad modum novationis causam dederit. Quod confirmatur ex eo, quod legatum liberationis debitori relictum n. perimitur novatione facta; quoniam idem obli-



partus maneat, non eadem ex Veteri, sed ex nova causa, quae originem capite a Veteri, ut probat  
eod. in l. Vlt. S. Vlt. de liberat. leg. sic docet, licet n. sic explicet Cujac. lib. 7. Respons. Papin. in d. S. 3 =

N. 56.

Uterius expenditur eod. in l. Huiusmodi. Co. de V. O. ubi  
quidam ita fuit stipulatus: Quod Titius tibi debet, cum debitor desierit, dare sponde. et ait Ulpianus, hanc stipulationem utilem esse, perinde ac si sub qualibet alia conditione concepta esset. Tunc  
sic: q. in stipulatione quantitati debita promissori n. continetur actio, et per consequens idem de legato dicendum e. Conseq. probari; Nam si in ea stipulatio, et actio continetur, et in utroq. stipulatio, ut potest collata in tempus, quo nulla futura esset actio. ex reg. eod. in l. Nemo. 87. de Verb. Oblig. l. Stichus. 39. de Manumiss. testam. l. Quod sponit. I. C. de Donat. ante Nupt. Ergo cum utilis sit, evincitur, n. actionem, sed quantitatem continere. Sed respondet idem Ius quoad hanc partem observari in stipulatione, quam in legato; Nam siquis stipulatus a Marcio, quod ei Titius debet, si Titius nil debeat, inutilis e. stipulatio, in eadem ratione, qua in eodem casu inutile esset legatum; at cum quis stipulatus, quod Titius promissori debet, cum debitor esse desierit, n. continetur in stipulatione actio, sed quantitas ex expressa contrahentium mente, quae ex eo colligitur, q. fuit collata in tempus, in quo debitor Titius esse desinet; quapropter cum tunc n. desit actio, sed quantitas, intelligitur, contrahentes sensisse de quantitate praestanda sub conditione, Si Titius debitor esse desierit, quae stipulatio proinde est utilis, ac si sub alia qualibet conditione concepta esset, cum quantitas, quae vere debetur, in id tempus promittatur, quo deberi designat. Ex quibus Verbis interpretari ex utroq. utile etiam esse legatum eo modo conceptum, Veluti si ita leges testator: Decem, quae mihi Titius debet, cum debitor esse desierit, lego Sempronio; pariter enim tunc n. dicimus, legatum esse actionem; sed quantitatem sub illa conditione Si debitor desierit, et per consequens utile esse legatum, perinde ac si sub alia qualibet conditione esset relictum =

N. 57.

Ex quibus venit intelligenda Papiniani ind. l. Cum illud. 25. S. Marcus meus. 4. quoad. dicit leg. ced. ubi testator, cui pupillus naturaliter debebat nummos, quos ab eo sine tutoris auctoritate acceperat, et ex quibus locupletior factus n. erat, ita legavit: Marcus meus Titio dato, quod mihi Sejus pupillus debet, quarit Consultum, an huiusmodi legatum utile sit, necne; Et adhibita distincte. Respondet quod si testator ad praesens tempus Verba retulit, quia nihil ei pupillus debet, nullius momenti legatum e. q. si Verbo debiti naturalis obligationis, et futurae solutionis cogitavit, utile e. legatum, perinde ac si relictum esset: Marcus meus dato Titio, quod pupillus solveret. Quod ut intelligatur, notandum e, supponere Consultum, pupillum nummos accepisse sine tutoris auctoritate; alia enim si tutoris intervenisset auctoritas, civitatis origina obligatio iuxta nota principia l. Obligari. de auctorit. auctori. cum similib. et per consequens indistincte legatum consistere, hancque teneret cedere actionem legataris contra pupillum. Ex eadem etiam ratione supponit, pupillum ex nummi locupletior factum n. fuisse; alia enim utilis actio in eum competere, quatenus locupletior factus esset, ex Divi Pij Rescripto. l. Titus contestata. 37. de Negot. gest. l. Sed mihi. 3. in prin. ff. Commodari. et pariter indistincte valet legatum, casum itaque illuc tractat, quo pupillus naturaliter nummos testatori debebat, in quo sane videbatur dicendum, legatum esse inutile ex superioribus dictis, cum nulla sit actio. Verum Papin. id Verum esse faceret, si testator ad praesens tempus Verba retulit, id est, si legavit praesens, quod testamenti tempore ribi pupillus debebat; aliud vero dicendum esse, si Verbo debiti naturalem obligationem, et futuram solutionem cogitavit, id est, si eo animo legavit, ut legataris consequeretur, quod pupillus debet, in casum, a quo pupillus solvitur esset, et si cum pupillus a naturali obligatione liberaretur, et debitor esse desineret; tunc enim idem consistit legatum, q. n. actio, sed pecunia legata sit sub illa conditione, Cum pupillus debitor esse desierit, iuxta id, quod supra dicti ex d. l. Co. de V. O. Nam licet pupillo in aetate pupillari solvenne id, quod naturaliter tunc debebatur, competat ex aequitate indebita conditio. l. Quod pupillus. 4. de Condit. indebit. tamen si pubes factus solveret, Repetere n. poterit, ut constat ex d. l. 25. quae in hiis terminis intelligenda e, et ex l. Vlt. de Iure iur. cum similibus =

N. 58.

Hiis omnibus simile illud e, quod si testator leges Titio centum, quae ipse ei debet, si nihil debeat Titio, omnino inutile est legatum, ut expressè constat ex d. l. 75. S. quod si adierit. in prin. de leg. 1. quia n. quantitas, sed liberatio legatur, quod legato hoc continetur, ut si



hæres petat, exceptione submoveatur, si non petat, possit à legatario conveniri, ut ipsum liberet. l. 3. §. Nunc de effectu de liberat. leg. §. Si quis debitor. 3. Instit. de leg. cum similib. §. Necessaria est demonstra-  
tio, qua deficiente redditur inutile legatum ex defectu rei legata, cum nulla possit esse liberatio, ut nulla  
inter censet obligatio. tōi. in l. Decem. 116. de Verb. Oblig. Deinde in illo legato, liberatione, et debiti remi-  
ssione contineri n̄ quantitate ex eo constat, q̄. si debitum à testatore exactum fuerat, redditur in-  
nane legatum. l. Non solum. 7. §. liber. 1. l. Si id q̄. 21. de liberat. leg. quod idem ab argum. probata ex l.  
Cum hæres. 24. eod. tit. ita sentiunt omnes Interpretes, à quibus recessit Anton. Faber. lib. 5. Conject. c. 2.  
qui existimat, multum interesse, an legatum relinquatur per vindicationem, an per damnationem, ita ut  
si per vindicationem relinquatur, hoc modo: Lego Titio centum aureos, quos mihi debet, licet Titius  
nihil debeat, et sic falsa sit demonstratio, vitale tamen legatum sit; si vero per damnationem hoc modo:  
Centum aureos, quos mihi Titius debet, hæres meus damnas esto n̄ petere, vel et dare Titius nihil debent  
te, Vitale sit; quia hoc posteriori casu verisimile est, testatorem voluisse, ut si nihil Titius deberet, ni-  
hil ei daret hæres, cum dare n̄ possit quantitatem eam, qua sibi deberet, si nulla deberet; prius  
autem casu testator ipse dedit, non de illo quaerimus, quid hæres dare possit, sed quid testator dede-  
rit, et ad relicta quantitatis præstationem teneret hæres, quare falsa duntaxat demonstratio  
adjecta; ab auctoritate tota vii ss. nititur Pauli decisione in l. Legari. 25. de Liberat. leg. quam ex-  
pressam putat, nec ullum aliud esse fundamentum, q̄. n̄ explico, quia ex capite deum potest

N. 59.

Vexim à contraria ss. Recedendum n̄. est, qua expressè probat  
ex d. l. 25. §. 2. ubi cum de legato vindicationis loquatur Ulpianus, asserit Titius nihil debente nullum  
esse legatum, nec dici cum Fabio Consultum n̄ tractare casu illo, quo dum debita ipsi debitori lega-  
tur, sed illo, quo decem debita à Titio alio extraneo legantur; nam ipsa tōi series ostendit mani-  
feste Verumque casum pertractari, et idem Ius in Veroque consistit, licet per vindicationem legatum  
relinquatur; et ratio differentia tradita à Fabio inter casum, quo decem debita ipsi debitori legantur  
per vindicationem, et casum, quo per damnationem relinquuntur, nullius momenti est; in omni enim  
legato n̄. solum inspicitur, q̄. testator dederit, sed et q̄. dare possit hæres, cum nullum sit legatum eju-  
s, qua dare n̄ potest, quinimò et in proposita specie, qui decem debita ipsi debitori legavit, nu-  
llo debito existente, nihil ipsi legavit, cum hoc legato sola liberatio, n̄ quantitas contineretur  
ex jam dictis rationibus: itaque et si inspiciamus, quid testator dederit, sive quid hæres dare  
possit, inveniemus nihil à testatore datum, et nihil ab hærede dari posse, et per consequens inu-  
tile erit legatum, quia rei legata fuit, qua non est in Verum natura. Nec contrarium probat  
perplexus sanè tōi. in d. l. 25. de liberat. leg. ibi: q̄. si nihil debeat, potest dici, quare falsa demon-  
stratione adjecta etiam peti, quod comprehensum est, posse. Cui ut respondeant Interpretes, duas  
inferunt emendationes, ex quibus unaquaque videtur probabilis, è Varii eductor, quos sequitur  
D. Saneos ubi supra n. 13. asserunt, illa Verba n̄. affirmativa, ut in Pandectis Florentinæ, sed cum  
interrogatione, ut in Vulgaribus, legenda esse, et similitera sequentia Verba: Sed poterit hoc dici,  
si ita legavit, Centum aureos, quos mihi debet, Vel stichum, quem hæres meus debet, damnas esto  
non petere, cum interrogacione legenda esse, ut sic in hoc Verbo. Quod si Sejo dicit, Veri interro-  
gacioni respondeatur. Cujac. to. quart. Pauli in d. l. 25. feliciter eam explicatis in emendatio-  
nem subjungeret. Quærit Paulus, si creditor debitori legaverit, quod sibi ab eo deberet, Vel adjecta  
certa quantitate, seu specie, Vel ea n̄. adjecta, an vitale legatum sit? Et respondeat mihi, Vel inter-  
esse an testator fuerit hæres debitorum liberare, an prohibuerit hæredem à debitorum debitum  
exigere, sed Veroque casu liberationem legatam intelligi hæres à debitorum posse conveniri, ut  
liceret eum. Progredietur, et ait, q̄. si testator etiam centum aureorum, Vel fundi debiti mentionem  
fecit, et subit debitum, debitor liberandus est. Quærit tamen, quid dicendum, si debitum non sit?  
Et ait, prima facie posse dici, quare falsa demonstratione adjecta, quantitatem posse peti, quia  
cum contra de quantitate legata, fuerit videtur hæres, exigitur Veritas demonstrationis;  
nulli enim verbi, ut eleganter considerat Cujac, Paulus n̄. dividit, sed dubitanda Veritas ponit,  
itaque necesse n̄. est, hæc Verba cum interrogacione legi contra Pandectarum Florentinam  
fidem. Pergit, et ait: Sed poterit hoc dici, ita legaverit Centum aureos, ita hic negationem addit  
Cujac. et ita legit, Sed n̄. poterit hoc dici, ubi supra, et tract. 5. ad African. in d. l. 25. §. 1. de leg. 1.



Sed nostra solutio; Nam Consultus expendit Rationem dubitandi, et ait, illi caribus, posse demonstrationi  
 falicitatem legatum n. Valere, et Expressius continet dubitationem, dum ait, q. si quis dixerit:  
Hæres meus centum aureos, quos mihi Titius debet, damna esto ei dare, poterit tentari, et si nullum  
debitum sit, Valere legatum. Hucusque dubitavit, mox decidit, id sibi nunquam placere, sed in his om-  
 nibus caribus demonstrationem esse necessariam, e jusque falicitatem legatum Valere. Nec dicat aliquis, Pau-  
 lum id solum in ultima specie respondere, et arguit sic licita illa Ratio cum dandi Verbum ad debi-  
 tum Refere, si testator existimaverit: q. generalis est; Subjungit Verò illam Rationem specialem, q.  
 eo casu fortiori Ratione dicendum videbatur, faliam demonstrationem n. Valere legatum, q. dandi  
 Verbo Visu fuit testator. Sed tamen respondet in presenti, liberationem legatam intelligi, q. Verbum  
 illud ad debitum Refertur. l. 35. de liberat. leg. l. 34. in pr. eodem =

N. 60.

Nunc illa est discopanda questio, an sci-  
 licet qua deduximus ex d. l. 35. de leg. 2. de leg. 1. procedat, si testator sciens nihil sibi à Titio deberi,  
 dum quaerit, n. Titius debet, ipsi Titio, vel alij legaverit. Et quidem Raphael Cumanus in  
 d. l. 35. de leg. 2. ubi secus Valerianus docet, tale legatum n. Valere, an ita vero ss. Cumanus conie-  
 quens fuisse constitucere Regulam, quod Valere, cum Regulariter testator praxumatur n. errare.  
 itaque indistincte in tali legato eius actioni, et liberationi continetur, nec potest ex interpretate  
 fieri, ut quantitas videatur legata, quia Voluntas in eo, quod legari potuit, n. expressa è, in eo vero,  
 quod è. expressa, inutile è. arg. tot. in l. Quoties. in pr. de hæred. instit. Sed potest argui ex d.  
 l. 25. de liberat. leg. ubi idem scribit Paulus, legatum n. continere, quia dandi Verbum ad debitorum  
 Refere testator existimavit: q. loquitur de Errante testatore, et supponit, q. si testator sciens  
 sibi nihil deberi eo legari, n. liberari, sed quantitas continetur. Respondit cum Costa ubi nuper,  
 illi Verbi id etiam Paulum sensisse, quod etiam si Verbo dandi Visu fuerit testator Iure libera-  
 tio legato continetur n. certa quantitas, q. dandi Verbum ad debitum omnimodo testator se re-  
 ferre existimavit, id est ad debitum, de quo locutus fuerat, cum dicit, quod mihi debet, proinde  
 colligit n. minus in specie Ius liberationi legato contineri, quam si hæres damnatus esset non  
 petere. In qua specie nemo dubitaret, cum liberatio indistincte esset legata.

N. 61.

de liberat. leg. quem pro utraque ss. expendant AA. Proponit Scarola, Creditorem debitori  
 suo ita legasse: Cajo Sejo quidquid sub pignore horreorum suorum debuit, ab hæredibus meis dari  
velo, cum post facti Codicillo testator partem pecunie debita à Cajo Enegete, Quædam an pe-  
cuniam solutam debitor ex causa legati ab hærede creditori petere possit. Et respondet, n. posse;  
 quia liberatio legata è n. quantitas. Progreditur, et quaerit, si ante facti Codicillo creditor  
 à debitore pene omnem pecuniam sortis, et Viuarum exegerit, ita ut modicum jam debeat,  
 an pecunie soluta repetitio competat debitori Iure legati, et respondet propter Verba ad præte-  
 ritum Relata, quod si oblivione, aut incidencia pecunia sibi soluta ita legavit, nec repetitio  
 competit debitori, q. n. pecuniam, sed liberationem legare voluit testator; at si consulto, id est sciens  
 pecuniam jam solutam esse ita legavit, competit repetitio debitori, quia n. liberatio, sed quantitas  
 creditur legata. Nunc si inferunt Interpretes Auctores nostræ ss. q. si legatum Relictus esset  
 per Verbum præsentis temporis debet indistincte liberatio esse in legato, sed n. Rectè, ut Co-  
 sta prævidit; Nam in specie illa erit Verbo præsentis temporis Visu fuerit testator, cum  
 aliquid licet modicum debeatur, in eo ponit constitucere legatum; Ratio Verò Cumanus Vera est,  
 quod legatum omnino esset inutile, si liberatio legata videretur; deinde q. tot. loquitur de le-  
